UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Augustae Taurinorum, 1578**

Positionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

interrogatus.ff.de inteiur.iuſiurãdum & ad pecunias. Alii dicũt contra,cum non rñdeat tũc niſi de credulitate: ſecus in iuramento de ueritate,vbi de ſcientia rñdet.quod dic,ut s̃.no.ext.de iur.cal.c.pẽ.& C.eo.l.2.§.ꝙ ſi actor.in gl.per hoc apparet.& j̃.tit.ꝑx.§.vi.ver.item no.quod in iuramento.Ergo de calumnia non cõcedetur dilatio,quia ſtatim poteſt abſque nota periurii reſpõdere,Credo,vel Nõ credo.Et nihilominus ſi proponatur,ꝙ hodie habet aliam conſciẽtiam,per ea quæ poſtmodũ audiuit,cogetur iterũ reſpondere,arg.ff de dam infect.qui bona.§ ſi quis ſtipulatus.& ff.famil.erc.inter cohæredes.§.ſi fami.erc.ſecũdum do meum,ut not.ext.de prob.quoniam contra.ſuper verbo interrogationes.ſecus in poſitionibus,ut in præd.ver.item not.[a]

ADDITIO.

Item no. ¶ Et eſt ſimile,quod no.de confeſ.c.2.lib.6.in fi.pen.gl. & dicam j̃.tit.prox.§.9.ſuper uer.item illud nota.

ADDITIONES NOVAE.

Quis debet primo iurare de calumnia an actor,an reus.Archi.ponit extr.de iuram.cal.c.j.lib.6.& arguit pro & contra:& dicit ꝙ forte in talibus nõ eſt ordo attendendus,ar.l.nec ordo.de ſolu.ff. An autem in talibus detur dilatio ad reſpondendum ibidem format,& remittit ad nota. per gl. in c.cum cauſam.extr.eo.

Quid ſi aliquis iurauit ad ſancta Dei euangelia nunquam iurare,an cogetur iurare de calumnia,ſi caſus accidat, veritas eſt ꝙ ſic,ꝙ omne iuramentum ſemper à poteſtate ſuperioris videtur exceptum,c.venientes,extr.de iureiuran.Bal.in l.2.§.ſed quia.de iuramen.cal.

Si oportet me ire ad aduerſarium,ut iuret de calũnia,tenetur ad ſumptus itineris,non autem ad ſumptus cibariorũ,niſi eſſet talis perſona quę aluiſſet me ex mea opera,Iac.Butrig.in l.ſed & ſi hęreditatis. §. quo autem loco.ad exhibendum.& dicit ꝙ non,per l.prætor.§.defendi.ex qui.ca.in po.ea,facit l.eos.§.ſi quis autẽ.in fi. de appe. Quod autem iſtud iuramentum mitti debeat aduerſario mittentis,& petentis.fac.l.ſed ſciendum.ad Treb.gl.no.contra in l.2.ex quibus cau.in poſ.ea.Dynus.

Quid ſi exacto iureiurando proceditur ad cãm.de hoc per Bal. in l.iuſiur.§.qui iuſiurandũ.de iureiurando,ibi in tex.ſi exigatur,vbi ſic dicit Bal.tene hoc ſingulariter menti:quia videtur ꝙ iuſiurandum calumniæ habet tacitam ꝯditionem annexam ſi petatur vñ poteſt omitti & remitti etiam expreſsè ſi mõ non ſit petitũ,&talis remiſsio habetur pro omiſsione tantum , vnde non petitum & expreſſe remiſſum poſtea lite pẽdẽte põt iterũ peti,quaſi ſit omiſsio.ſed ſi eſſet petitum,omiſſum uel remiſſum, vitiaret proceſſum.l.2.§.ſed quia.de iura cal. Bal.

In c.præſentiũ.extr.de teſti.lib.6.in gl.ſ.in fi.& dilucide, & nõ ſolũ de veritate,ſed ẽt de credulitate,ſecundum Hoſt.dicas ꝙ quiſquis dẽt iurare de veritate,dẽt reſpondere & de credulitate.Inducit de re iud.c. cũ olim.§.j.in fi.& in Sũma de iuram.ca.§.qñ. ver.ſed quid dices hic & ibi ꝙ veritate inſpecta iuramentum eſt de credulitate:quia ſi id quod nõ credo ꝯfiteor & aſſero verũ eſſe deiero,22.q.1.homines.De iureiu.& ſi Xp̃s.22.diſt.pſalmiſta.In omni ergo iuramento cauendũ ne quis dicat ꝯ̃ ꝯſcientiã.De ſeruti.ca.j.& ſi illã ſequitur ſufficit,3.q.9.hortamur. Ioan. An.ubi s̃. in nouel.

* In l.ait prætor,de dam.infe.ibi poſtulaturus.& ſic nota,ꝙ ſi petit proprio nomine de propria calumnia iurat : vel ſic qñ proprio nomine iurat, vnũ tantum,ſcilicet de calũnia ſua:quando alieno nomine iurat, ꝙ ſi dominus præſens eſſet idem eſſet petiturus. Bald.

* An procurator datus ad omnes cauſas cum mandato iurandi poſsit vigore dicti mandati iurare de calumnia,& quid de procuratore ad negan. no. in c.nullam cauſam.de iur.cal.li.6.Ioan.An.in nouel. vbi etiam dicit ꝙ qñ procurator habet ſpãle mandatum ad iurandum, dominus non poteſt cõpelli venire ad iurandum de iuramento veritatis. Bar. de dam. infe. l. qui bona.§.ſi alieno.

* In l.ij.§ fin autem.de iuram.cal.dicit Bal.ꝙ ſi cauſa ſit agenda ſine ſtrepitu & figura iudicij,quod tunc procurator poteſt iurare ſine ſpeciali mandato.vide ibi Bal.& Bar.

* Dñs debet mandare procuratori ꝙ iuret in animam ſuã,& tunc procurator debet iurare in animam domini.notat gl.in auth.itẽ ſacramenta de pace iur.fir.de quo eſt caſus in c.procurator.de electio.li.6.& ille qui iurat in animam alterius debet dicere veritatem non de eo quod ſibi videtur, ſed de eo qđ didicerit ab eo in cuius animam iurat. & ſi non iurat quis pro ſe ſed tantũ in animã alterius,& ipſe ueritatẽ ſciat, ille aũt cuius noĩe iurat neſcit,nihil dicet,q̃a de ſe non iurat.ita not.ext.de teſti. c.ad hoc. per Inn.

* Nunquid ſi lex vel ſtatutum requirat alicuius propriũ ſacramentũ,poſsit per procuratorẽ iurari,not.in c.ut circa.de electio li.6.per Arch. & Ioan. An videtur tenere q non,& no.eo.ti.& lib.c.nulli.per Archi.

* In l.actori.de iureiuran.quid de his qui hæredem non habent, ut vniuerſitas:quia is qui non poteſt mori non poteſt hæredem habere,l.j.in fi. ſi q̃s ius dic.nõ ob.pone ergo ꝙ ſyndicus habet mandatum ꝯ̃hendi cum iuramento,& iurat,quid operatur iſtud iuramentum. nam ciuitas non habet animam.ut c.pœnæ.ext.de ſent.excom.per Inn.Reſpondeo aut loqueris quo ad reatũ periurii,& non obligantur niſi iurantes & mandantes:aut loqueris quo ad perpetuũ eſſe,& certe dico ꝙ illud iuramẽtum repræſentat rempublicam loco maioris,ut non reſtituatur amodo in integrũ, ſicut dicit in minore.& hæc fuit ſententia Ray. in ſumma de iureiurando. fac. c. præſentium.de iureiurando lib.6.vnde quo ad firmandum dicas idem in ciuitate quod in minore.in eccleſia autem non poteſt fieri ꝙ non habeat loco minoris,& ibi eſt fauor eccleſiæ.Bal.vbi s̃.

* In l.ab hoſtibus.ex quib.cauſ.maior.ibi,ſi autẽ vt plerumq; &c.dicit Bal. per hunc tex.cum gl.ꝙ quoties pro abſente ꝯiuncta perſona agit, & petit aduerſarius ꝙ abſens veniat ad iurandum de calumnia , ſi modo ſit multũ abſens,detur curator bonis qui tanquã legitima perſona iurabit.& gl.hoc determinat in c.cæterum extr.de iuram.cal.in gl.pe.vide Bar. in l.2. §. qđ obſeruari. C.de iura.cal. vbi videtur tenere contrarium.

* Nota ꝙ iurans debet iurare cum manu non cum fronte,no.glo.in c.vt circa.de electio.lib.6.Bal.in l.j.ſi aduer. vendi.

In l.generaliter.C.de iureiuran.no.ꝙ ꝯtumax in nõ iurando non habetur pro confeſſo ipſo iure,ſed eſt in arbitrio iudicis:ad iudicem enim ſpectat cauſam determinare.nam quod non eſt vniforme , & poteſt eſſe iuſtum & iniuſtum,ad iudicem ſpectat declarare,ut l.eius qui delatorem.de iure ſiſci.Bar.in l.manifeſte.de iureiuran.

* Quid ſi citatus ad iurandum de calumnia eſt contumax ,an perdat litem Andreas de Barulo dicit ꝙ non:quia ꝙ perdat litem ille qui non uult iurare eſt verum in eo qui præſens eſt,& iurare non vult,ut no.in l.locorum.C.de omni agro deſerto.lib.xj.

¶ Bald.de Iuramento calumniæ.

ANTE litem conteſtatam ſi ſeorſum a lite conteſtata non præſtatur iuramẽtum calumniæ, nec iudex p̃t ipſum exigere, niſi in ſummariis,& in his quæ ante litis ꝯteſtationem expediuntur.§. j. ver.ſed pone. G. ¶ Multiplex eſt iuramentũ,ſ.de veritate,ff.de re iud.l j.per Ia.deciſum tñ hoc nũquam eſt,niſi agatur inter partes:ꝙ ſit deciſum de malitia.de calumnia:eſt & aliud de veritate,qđ præſtatur in ſpiritualibus cauſis ad litis ordinationẽ,ñ ad litis deciſionem,uer.unde ad huius. G. ¶ Suſpectus eſt đ malitia, qui poſt terminũ peremptorium proponit dilatoriã:ideo iurat G. ¶ Iuramentum calumniæ non extenditur ad iuramentum de veritate, nec econtra: verſic.ſi.G. ¶ Non iurat de calumnia,qui impetrat a principe ſuum priuilegium declarari,vel petit diſpenſationẽ vel aliud ſimile,ꝙ iuuet gratia,uel iure ſcripto:uer.quid ſub.§.ſequit.G.In cauſa enim facti iurat̃ de calũnia,ñ in cã iuris,ſm Ric. ¶ In cauſa appellationis iurat̃ de nouo de calũnia,nõ q̃a ibi mutat̃ actio,uel cauſa,ſed q̃a requirit̃ nouꝰ ordo iudiciorũ:& iuramentũ calũniæ potius reſpicit ordinẽ q̃ factũ,verſ.q̃d de cauſa. ¶ Vbi iudex procedit,motu proprio ex officio,nõ iurat̃ de calũnia,uer.quid ſi cauſa,G.quia extra ordinem procedit,nec propriæ ſunt partes. G. ¶ Si reus confitetur libellum,quo ad originem petitionis, tamen negat quo ad effectum concluſionis:quia opponit exceptionẽ:debet tñ actor iurare de calũnia,quia cauſam probationis deſiderat,ver.pone ꝙ.G. ¶ Ille,qui negat ſe poſsidere,nõ cogitur iurare:quia nec iudicium patitur, ver.quid ergo.G. ¶ Abbas non poteſt dici principalis perſona in cauſa ſuæ eccleſiæ,niſi teſtificetur,§.reſtat.uer.ꝙ ſi aliquid.G. ¶ Etiam poſtquã ꝓcurator negauit poſitiones:dominus eſt interrogandus ſuper eis,ſi dicatur melius nouiſſe factũ,eo.ver.ibi,tñ.qđ eſt not. vide s̃.de proc.§.ſi ꝓcurator reſpõdit.& l.ſi actor malit. ff. de procur. G. ¶ Iuramentũ calumniæ nõ poteſt ſpecialiter cõmitti, niſi quod cauſæ proſecutio committatur, ver.q̃d ſi p̃latus.G. ¶ Si iudex Peruſinus ſcribit Fulginati, ꝙ recipiat teſtes,uel iuramẽtũ in cã principaliter mota corã iudice Peruſino,Fulginas nõ recipit auctoritatem commiſsionis.uel remiſſionis,ſed ſua ꝓpria,uer.talis iudex.G.vide s̃.de teſte.§.ſi cauſa eſt. ¶ Procurator ad extraiudicialia principaliter ꝯſtitutꝰ,ut ad petẽdũ abſolutionẽ ab excõicatiõe,p̃t iurare ſine ſpecifico mãdato q̃a iuramẽtũ eſt de forma rei mandatæ,& quia in extraordinariis,&c.ut l.qui bona.§.qui alieno.ff.de dã.infe.& ita fuit iudicatũ in cauſa regia,cui etiam honeſtũ erat remitti iuramẽtũ.G. ¶ Cuius expẽſis mittat̃ ad abſentẽ,uer.ſed ad cuiꝰ.G.l.hæc autem.ff.ex q.cau.in poſſeſ.eat. p Accur.& eo. ti.l.ait p̃tor.§.defendit.p gl.B.Cauſa ꝯuẽtionis põt ſeorſum ꝓbari à cauſa recõuẽtionis, ſed nõ à cauſa cõmunionis, §.nũc dicẽdũ.uer.ſed q̃s.G. ¶ A pęna inflicta ex cõtumacia p̃ſentis,appellatur ſecus in contumacia abſentis ,§.ſi.uer.ſed nunquid.G. ¶ An in notorio iuretur de calumnia,§.cum me abſente.ꝙ nõ: quia exigitur probatio.uer. ſi emptor.G. ¶ Etiã in criminali cõtumax in iurando de calũnia,habet̃ ꝓ ꝯfeſſo,uer.item cũ in criminali. G.¶ An Iuramentum calumniæ habeatur loco probationis,vbi probatio fit per iuramẽtũ,no.ff.ad exhib.l.theſaurus.ꝙ ſic,& no.in auth.de exhi.re.§.ſi uero.uide omnino s̃.de primo & ſecundo dec. §.qđ iuramẽtũ. & j̃.eo.§.ſi per ſtatutum probatur accuſatio p iuramentũ, reus debet cõdemnari :ſed tñ poterit agere de periurio ad intereſſe , ff.mand. l.fideiuſſor. §. in omnib. & ibi per Ric.& Cy.uide j̃.§.pone, ꝙ ex forma ſtatuti per iuramentum probetur damnum,quid ſi accuſatur forenſis,& negat iuriſdictionẽ, an probabit̃ iuriſdictio?dicit Io.An.ꝙ nõ,in c.j.de fo.cõpe. lib.vi.in no. ¶ Iuramentũ nõ p̃ſumitur ſolẽne:quia eſt qualitas extrinſeca,vt no.in c. vt circa.de elect.li.6.vide s̃.ti.j.§.notarius. ¶ An vbi iuramẽtũ:defertur a iure ſine miniſterio iudicis admittatur ꝓbatio in ꝯ̃riũ,no.in c.ſtatutũ.de reſcri.li. vi.in nouel. ¶ Iudex ex officio põt ẽt poſt ꝯcluſionem in cauſa, exigere iuramentũ de calumnia , ſicut iuramẽtũ veritatis,vt no.in c.j.de iura.cal.lib.vj.in nouel.In termino iuris mitius agitur,quã cũ termino hominis, id eſt iudicis, vt no.in c.j.de ele.per Archi.& eo.ti.quamuis.lib.vj.in nouel. ¶ Iudex, q taxat,raro,vel parum minuit de eo,quod iuratur, vt no.Inſt.de ſuſpe.tu.§.conſequens.in gl.ordinaria.Bal.

a ¶ De poſitionibus.[a] Rubrica.

QVoniam poſt iuramẽtum de calumnia , vel de veritate, preſtitum,probationes utriuſque partis ſunt recipiendæ:ideo poſitiones inuentæ ſunt, vt per eas partes releuentur ab onere probationũ.ut j̃.dicetur : idcirco p̃ſtito iuramento de calũnia, ſtatim debet dari terminus ad faciẽdum

ADDITIO.

a Pileus nõ formauit rubricã iſtã:ſed ad materiã facit parte 2.vbi de interrogationib.& ꝯfeſsionibꝰ poſt litẽ ꝯteſt. ¶ Tan.parte 3 ſub rubrica de interrogationib.faciẽdis in iure.¶ De Rofr.dicã in tex.q̃a nõ poſuit in libel.ſed ibi pricipaliter de rñſionibꝰ. ¶ Vber.de Bo.aliquid in char.8 vbi q̃dã habẽt rubricã đ poſitionibꝰ,ſed pleniꝰ charta vl.poſt tractatũ s̃.ꝑx. ¶ Io.de Deo illã proſequitur Cauil.li.v.rub.de poſitionibꝰ.& rubricam de hoc poſuit lib.Iudic.parte ij. ¶ Bonagu.in tota quarta parte ſui operis de poſitionibus & interrogationibus tractat. ¶ Aegid.rub.xlvi. & duab. ſeq.& demũ uidẽs ſe in illis nimis fuiſſę breuiloquũ,materiã plenius ꝓſequitur, eã diuidẽs in ſex mẽbra,rub.cxxii.& quinq;ſequẽtibꝰ, vbi in fi. 126.tractatũ extollit.Alb.Gal.poſuit rubricã de hoc.¶ Gui.de Suz.ponit duas rub.primã ſub officio aduocati actoris,đ ipſis poſitionibꝰ:ſecũdã ſub officio aduocati rei,de poſitionibꝰ ſup exceptionibꝰ:adde,qđ dicã ſup nigro,in pr

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

dum poſitiones, ſecundum doctrinam traditã ſ.de dilat.in fi.&
ideo de poſitionib' ad omnimẽ utilitatem aliqua differamus, dicẽ
a tes [a]. ¶ Primo, quid ſit poſitio, & unde originẽ traxit. ¶ Secũdo,
b quare fiat poſitiones, & de ipſarũ effectu [b]. ¶ Tertio, in quo dif
ferant ab interrogationibus, & quis debet poſitiones, vel inter
rogationes facere uel formare: ¶ Quarto, quando ſunt faciendę:
¶ Quinto, qualiter ſunt faciendæ. ¶ Sexto de reſponſitionibus
ad eas. ¶ Septimo, quib. modis poſitiones impugnẽtur & repro
bentur, & de cautelis circa eas: ¶ Octauo de effectu poſitionũ:
¶ Nono, de pena non reſpondẽtis, vel falſa reſpondentis: ¶ De
cimo de quibuſdam dubiis.

ADDITIONES.

a Dicentes. ¶ Roſ. ſpeciale tractatũ facit de his extra libellos, q incipit, Quo
niã frequẽs, & quotidian' eſt uſus poſitionũ, &c. ſubdẽs ꝙ quia talis erat, iõ
plenius de illo tractandũ, ff. de lib. leg. l. legaui. in princ. & de uſuca. l. iuſto er
rore in prin. facit aũt octo mẽbra, quorũ ſex ponit auctor ſub trib' primis:
ſeptimum eſt ſub quarto, octauũ ſub ſeptimo: & de his patebit in pceſſu. Eſt
aũt ſciẽdũ, ꝙ Tan. vbi ſ. qrebat de quinq;. Quis faciet interrogationes. Quis
illas format, & qualiter. Itẽ qualiter illis rñdeat, & de quibus reb' fiãt Itẽ
ſciẽdũ, ꝙ ultra Practicos auctores, de q b. ſup rub. dixi, tractarũt multi hãc
materiã: de qua ẽt ego ſcripſi lib. vi. de ꝯfeſ. c. j. & ij. ĩ gloſſis ſuper gloſſas, vt
ĩ. remittã. Odof. dr̃ feciſſe tractatũ, qui incipit, De poſitionib', q in iudicio
fiũt: & de quo ĩ. dicã. Primus & ſecundus etiam de nominatis in proœmio,
de his proſequitur quiſque in ſuo v. membro. Ia. de Are. fecit etiam tracta
tum de poſitionibus. & Ia. de Ra. & Pet. & d' his tribus plene tractat Cy. in
l. ij. C. de iur. cal. in §. quod obſeruari. in fin. & vltra membra de quib. ſ. ibi
no. quędam alia mẽbra, ſcilicet: Quo iure ſunt introductæ poſitiones: Quo
iure fiunt: unde dicatur poſitio: Quo tempore fiant: Et uſque ad quod tem
pus fieri poſſunt: Vbi fiant: Per quas perſonas: Et cui fiãt: An eidem poſitio
ni ſit bis reſpondendum: Et, an de facto alieno fieri poſsint. hæc ibi videas,
& de aliquib. infra tangam.
b Effectu. ¶ Per errorem videtur hoc hic poſitum, quod infra ponitur pro
octauo membro: poſſet hic ſumi effectus pro cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Poſitio quid ſit, & vnde traxerit originem.*

¶ Poſitionum definitio, & origo.

1 §. Primo ergo nobis dicẽdum occurrii, † quid ſit Poſi
tio & vnde originem traxerit. Et qdẽ, ſecũdũ
Roſ. poſitio eſt dictum loco interrogationis poſitum. nam quod
olim ſub forma interrogationis ponebatur, hodie de plano po
nitur, verbi gratia: Si uolebam te conuenire nomine hæreditario
dicebam ſic: Domine, interrogetis T. an ipſe ſit hæres talis, & ex
qua parte ſit hæres, ut ſ. de interrog. ante lit. cõteſt. faci. hodie ve
ro ſic dicitur: Pono T. eſſe hæredem talis. Item pono ipſum ex aſ
ſe eſſe hæredem, arg. extra de lit. conteſt. c. vnico. Sed cum hodie
etiam fiãt interrogationes, ut extra de fid. inſt. cum Ioãnes. pro
pe fi. & etiam ſuper poſitionibus iudex interroget, ut ĩ. dicam §.
v. ideo videtur melius ſic poſſe deſcribi: Poſitio eſt breuis verbo
rũ formula, mentem ponentis continens, ad veritatẽ eliciendã
a concepta, ut ĩ. §. prox. [a] Traxit autẽ originem & cauſam hoc ver
b bum Poſitio [b], nõ ſolum ex uſu hominum diu in cauſis inolito [c],
c verum ẽt ex lege antiqua, ut patet ff. de leg. 3. Offidius. §. ex diuer
d ſo. ibi, pone, inquit, in credito, &c. [d] & etiã a iure nouo, ut extra
e de confeſ. ſtatuimus. [e] & de lit. conteſt. c. unico, ibi, cum non per
poſitiones, &c. & de ele. dudum. ij. ibi, cum nõ p poſitiones, &c.
f & de teſtib. adhæc c. alias incipit, præſentium [f].

ADDITIONES.

a §. prox. ¶ Quinque alias diffinitiones, ſ. Vin. Io. Mo. Ia. de Are. Ia. de Ra. &
Arch. vide ſuper j. gl. in prin. de confeſ. c. j. lib. vi. vbi ẽt dixi, quare dicatur
poſitio & quõ ſuper ea lis ponitur. Cy. aũt, vbi ſ. diffinitionem Ia. de Ra. ex
ponendo proſequitur. ADDE aliam diffinitionem Bar. in §. qd' obſeruari.
de iur. cal. ADDE ad materiã iſtam poſitionum, videndum eſſe Lanf. in re
pet. c. quoniam contra. §. reſponſiones. extra de prob.
b Poſitio. ¶ Vide, ꝙ inhoneſte reprehẽdit Cy. vt ſ. Canoniſtas, dicens, ꝙ dñt
poſitiões iductas de iure ciuili, hoc eſſe falſum q a hic & in dec. j. de confeſ.
nõ quæritur, quo iure inductæ ſint poſitiões. ſed vnde ſumi potuit hoc uer
bũ Poſitio: fateor ergo cũ ipſo, ꝙ iure ciuili non ſunt iductę & ſi inductæ di
cerẽt, potius id eẽt ex §. fi. i auth. de his. qui ingre. ad app. nõ tñ putat, qd' ibi
id ſenſerit, Imperator. Dicamus ergo cũ cle. ſtatim alleg. qd' ab uſu inductæ
ſunt, poſtea per ius canonicum approbatæ. dilatatæ etiam ad forum ciuile
de facto. ADDE hæc ultima uerba dicit etiam Bart. in d. § quod obſeruari.
c Inolito. ¶ Vt in clem. de verb. ſig. ſæpe. ver. & quia.
d Credito, &c. ¶ Roſ. poſuit plus de textu, qui talis eſt: Imperator interro
gauit partem legatarii quærendi cauſa: pone, &c.
e Statuimus. Lib. vi.
f Incipit. præſentium. ¶ lib. vi.

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones quare fiant, & quis ſit ipſarum effectus.*
2 *Onus probãdi per teſtes, graue eſt: & commodius eſt aduerſarium ad one
ra petitoris compellere.*
3 *Confeſsiones facilius fiunt quam teſtium productiones: nec ſunt teſtes ne
ceſſarii, poſtquam quis confeſſus eſt.*

1 2. §. Secundò videndum eſt, † quare fiant poſitiones.
Et quidẽ, vt ponens releuetur ab onere
a probationis per cõfeſsionẽ aduerſarii [a]: vt extr. de confeſ. ſtatui
b mus [b]. & ff. de iureiur. cum qui. reſp. j. nã & ad hoc fiebãt olim in
terrogationes, vt ff. de inter. ac. l. 2. 3. & 4. & vt ueritas eliciatur ex
ore litigantis, ext. de iur. cal. cæterum. & extra, de præſum. nõne.
Poſitiones enim loco probationũ ſuccedũt, vt ĩ. §. prox. dicetur.
nam & in ſacramẽto calumniæ continet, ne quis exigat probati
onẽ ab aduerſario, quam non putat neceſſariã, vt ſ. de iura. cal. §.
2 nunc dicamus: ¶ † Et graue eſt onus probãdi per teſtes, & com
modius eſt aduerſariũ ad onera petitoris compellere, ff. de rei vẽ.
3 is qui deſtinauit. † & facilius fiunt confeſsiones, quam teſtiũ pro
c ductiones [c], extra de teſti cum olim. & de teſti. cog. cura ſuper. &
poſtquam quis cõfeſſus eſt, non ſunt teſtes neceſſarii, ext. de tran
ſac. c. præterea quia pro ꝯuicto habetur, extra de ꝯfeſ. c. 2. C. eo. l.
vnica. & per confeſsionẽ res fit notoria, ext. de cohab. cle. & mul
d & c. fi. de verb. ſig. cum olim. & premiſſæ rationes probãt [d], quod
e prius debet poni, quam ad genus alterius probationis veniri [e].

ADDITIONES.

a Aduerſarii. ¶ Quomodo cõfitebitur poſitionem, qui negauit petitionem,
notatur in præ. ver. & quia. in gl. 2.
b Statuimus. ¶ lib. vi.
c Productiones. ¶ Propter laborem expenſarum, & quia vix inueniuntur ido
nei Aegid.
d Probant. ¶ id eſt, approbant, & cõmendant, & præcipuè quo ad certum
articulum: de hoc ĩ. §. quanto.
e Probationis ueniri. ¶ Hic ſatis cadit qrere illa duo mẽbra, ſ. vbi fiãt, & quo
iure fiãt poſitiones, vel rñſiones? De primo dicit Pileus parte j. rub. pen. lo
quens de interrogationib. ante litẽ ꝯteſtatam de qbus data fuit remiſsio, ſ.
de inter. §. j. in fi. ꝙ faciẽdæ ſunt ĩ loco iudiciali: & verbũ In iure, qd' eſt in l.
j. §. interrogatoriis. intelligit, id eſt, in loco, in quo ius reddit, & nõ in iure, &
in iudicio iã inſtituto: imo ſi reperit, ꝙ fiãt in iudicio, dicit intelligẽdũ, id eſt
ante iudiciũ, vel apud iudicẽ: uel accipit large, id eſt dũ q s cõuenitur, licet
lis ꝯteſtata nõ ſit. Nec putes, ꝙ ipſe Pile' itendat poſt ꝯteſtationẽ litis inter
rogationes p iudicẽ fieri nõ poſſe. Eius ꝯriũ eſt verũ, de quo ĩ. §. 4. circa me
diũ, licet intendat ad illas nõ eſſe neceſſariã ꝯteſtationẽ. Iac. aũt de Are. de
poſitionibus tractãs in ſua diffinitione, ad q̃ remiſi ſ. §. j. ponit illud verbũ
In iure, quod intelligit proprie in loco, vbi ius redditur, cum poſitiones fi
eri habeant cã cognita, & ad litis deciſionẽ, ſuper quo uide, quod no. ff. de
inter. act. l. 4. q incipit, voluit. in vlt. gl. & de hoc Cy. vbi ſ. in ix. q. Eſt ẽt ſciẽ
dum, ꝙ in l. vna, C. de confeſ. in 3. q. materia hanc repetens, an ſ. requiratur
confeſsiones fieri apud iudicẽ pro tribunali ſedentem, an ualeant ẽt factæ
apud itinerãtẽ, vel ſtãtẽ in lecto? uel balneo? ponit duas diſtictiones, ad quas
pmiſſa diſtictionẽ Acc. in illa, vlt. gl. ad q̃ remiſi: vbi Acc. diſtinguit inter
ea, q̃ requirũt plenã cognitionẽ, in q bus reqrit tribunal. & ſemiplenã, in
q bus nõ requirit, Alia diſtinctio, q̃ Cy. attribuit Ro. eſt inter ꝯteſtationes, q̃
petuntur ad deciſionẽ cãæ: & in his requirit tribunal, ſicut in ſentẽtiis, ff. de
iuriſ. & iur. l. pe. facit C. de dilat. a procedente. & illas q̃ fiunt ad præparatio
nẽ litis, in quibus procedit l. voluit. Tertio diſtinguit inter ꝯtẽtioſam & vo
luntariam iuriſdictionem. pro hac facit ff. de ma. vin. non eſt omnino. & de
offi. procõſ. l. 2. Sed huic obſtat præ. l. voluit in fin. q̃ de contentioſa loqui
tur, & tñ itinerando recipitur: pp quod ſecunda diſtinctio reaſſumitur in
hac tertia, vt in ꝯtentioſa iuriſdictione diſtinguatur, vt ibi: ſatis placet di
ctũ gl. & duæ diſtinctioes ſequẽtes. vt veniãt ad illã expoſitiue. De ſcd' a di
cit Bonag. vbi ſ. rub. pe. ver. ita querit. quo iure fiunt, hoc iudicis of. alleg. ff.
de inter. act. l. j. & in auth. de his, qui ingred. ad ap. §. fi. & qd' not. Azo in Sũ
ma, Inſt. de of. iud. §. itẽ in interrogationibus. & quia res iſta ſi requirit ple
nã inquiſitionem, ff. de inter. act. l. uoluit, §. q d ait. & l. ſi defenſor. §. illud. idẽ
Acc. in l. j. eo. ti. in gl. ſed quomodo. & C. de confeſ. l. vna. in fi. mag. gl. & ff. e.
tit. certum. in prin. & no. extra de offi. iud. c. 2. in j. gl. & vide idem per Cy.
vbi ſ. in 3. q.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui de cauſa cognoſcit, debet interrogare.*
2 *Iudex debet rei qualitatem plena inquiſitione diſcutere.*
3 *Poſitiones dicuntur loco probationum ſuccedere.*
4 *Poſitiones facere non poteſt aduocatus, quia factum inſpiciunt.*
5 *Aduocatus dicitur teſtis iuris.*
6 *Aduocatus an poſſit ponere & reſpondere.*
*Alius pro alio non debet interrogari.*
7 *Pars non dẽt vti cõſilio aduocati qui factum ignorat, in reſpõſione facti.*
8 *Aſſeſſor an poſſit interrogare.*
9 *Notarius, ſeu alter cui iudex cõmiſerit, poteſt interrogare.*
10 *Conſuetudo eſt optima legum interpres, & ideo ipſa formabit poſitiones,
ſeu interrogationes.*
11 *Aduocatus debet id quod ius tangit, expedire.*

¶ Poſitiones in quibus differant ab Interrogationibus.

3. §. Tertio dicamus, in quo poſitiones differant ab inter
rogationibus: & quis poſitiones, vel interro
gationes facit, uel formare debet. Et quidem differunt non eſſen
tia, ſed forma. nam quod hic ſimpliciter & aſſertiue. ibi ponit in
terrogati

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

terrogatiue [a]. Vel dic, quod interrogationes ſpecialiter fiunt an
te litis conteſtationem, ff. de rei vend. qui petitorio. & quandoq;
a iudice, quādoq; a parte, ff. de inter. ac. ſi ſine. §. interrogationes.
quamuis generaliter fieri poſſint quandoque, ff. de inter. act. vbi
cunq; etiam quando partes ponere non poſſunt, vt ext. de fi. in-
ſtru. cum Ioannes prope fi. Poſitiones autē proprie fiunt poſt li
1 tem conteſtatam, & poſt iuſiurandum, a parte: quamuis & quan
doq; poſſint fieri ante, ut j. §. px. ī prin. & ver. regulariter. ¶ † Et
no. ꝙ iudex, q de cauſa cognoſcit, debet interrogare, ff. de inter.
b act. uoluit prætor. & l. de ætate. §. qui tacuit. & §. qui interrogatus.
Sed licet poſſit interrogare, vſus tamē hodie non patitur [b], quod
poſſit ponere: imo ponit pars. nam ſicut iudex nō debet ꝓbare,
quæ ſunt in cauſa, ſed pars. ita nec ipſe debet ponere, ſed pars. po
ſitiones enim loco probationum ſuccedunt, ut in authen. de his,
qui ingre. ad appel. §. fi. ideoq; eius imitari debēt naturam, ut ex
tr. de bap. maiores. ubi dicitur, quod quia baptiſmus circūciſioni
ſuccedit, debet eius imitari naturā, quo ad paruulos & adultos:
& ad idem, C. de rei vx. act. l. unica. Quod autē pars debeat pone
c re, & ſibi ponenti altera reſpondere, habetur ext. de teſti. ad hæc.
d alias incipit, præſentium. circa prin. [c] ibi, ut tam ponēdo, &c. & §.
2 j. ibi, adinuicem reſponderi, &c. Dicit tamen Roſ. [d] ſuſtineri poſ
ſe, quod iudex ponere poſſit, cum & interrogare ſibi liceat † ip-
ſe enim debet rei qualitatem plena inquiſitione diſcutere, xxx. q.
vlti. iudicantē. C. de iud. iudices. arg. ff. de his, quæ in teſt. delen. ꝓ
xime. ff. de leg. ij. Offidi⁹. § ex diuerſo. & ext. de fide inſt. cū Ioan
nes prope fi. Sed certe utrunq; fieri poteſt, & debet. nā facta poſi
tione a parte, ut ſupra, iudex per ſacramentū interrogare dēt po
nentem, ſi credit uerū eſſe, quod ponitur. & aduerſariū, ſi credit,
quod ponitur, ut j. § v. uer. oblatis. & j. dicam. Item etiam abſ-
3 que poſitione partis poteſt interrogare reum ſuper cōtentis in
libello, ut ſ. de teſte. § nunc videndum. ¶ † Fiūt quoque poſitio-
nes ab utraque parte hinc & inde: ut ext. de dolo & cont. prout.
& de lit. conteſt. c. vnico, ext. de elect. dudum. 2. circa medium.
nam ſuccedunt loco probationum, ut ſ. & re⁹ quādoq; oneratur
4 probatione, puta in exceptionibus, in quib⁹ fit actor. ff. de exce.
e l. j. & de probationib. l. in exceptionibus. ¶ † Sed patronus aduer
ſarii poteſt interrogare, uel ponere, cui forſan [e] tenetur aduerſa
rius reſpondere: vt ff. ad l. Iul. de adul. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni.
Proprie tamen loquendo aduocatus nō poteſt ponere, cum po-
ſitiones factum inſpiciant, vt C. de arbit. l. pen. in fi. quod debet a
5 partib. proponi, vt ext. de iud. paſtoralis. ſed † aduocat⁹ teſtis eſt
iuris, ut C. de poſtul. quiſquis. Eſt & alia ratio. nam poſitiones fiūt
per iuramentum, ut infra dicetur, & probatur extra de teſtib. ad
f hoc. circa prin. alias incipit, præſentiū [f]. Aduocati vero hodie nō
iurant, licet hoc iure caueatur, ut C. de iud. rem non nouam. & in
g conſt. Greg. X. ext. de poſtu. c. properandū [g]. Si igitur poſitio pro
feratur ꝑ aduocatū, nō dicitur proprie ipſe ponere, imo eſt par-
tis poſitio ꝑ aduocatū prolata, ex quo parte pſente ponit, vel in
terrogat, perinde eſt, ac ſi pars id faceret, ut C. de error. aduoc. l. j.
Conſulo tamen, ꝙ prius quam tali poſitioni, uel interrogationi
reſpondeatur, ut interrogetur clientulus aduocati ponentis, uel
interrogātis utrum ipſe ſciat, uel credat uel ponat, ſeu ratum ha
beat, quod ponitur, ſeu interrogatur per eius aduocatum, arg. ex
tr. de cēſi. olim. & de ap. cum cauſam. ſ. de aduoc. §. iam nūc verſ.
ex præmiſſis. quia de cōſcientia partis iuramētum ſuper facto re
quiritur, ut C. de iur. cal. auth. principales. extr. eo. in pertractan
6 dis. non de conſciētia aduocati nō iurati, ut dixi. ¶ † Sed videtur
quod aduocatus ponet, & reſpondebit, ut in præ. §. quæſtioni. &
ff. de procu. non ſolum. reſpon. j. Sed dic contra. nā alius pro alio
non eſt interrogandus, ff. de inter. act. ſi ſine. §. j. & §. ſeq. alias inci
pit, ſi defenſor. & l. qui ſeruum. §. fi. & l. uoluit. 2. q v. interrogatū.
extra de adult. ſignificaſti. C. de iur. cal. auth. principales. niſi ſit ꝓ
curator, ut infra § vj. in fi. Reus ergo excluſo aduocato, quem nō
debet in hoc cōſulere, reſpondebit ad eas: quia certus debet eſſe
de facto ſuo: extra de reſcri. ab excommunicato, C. de reſcin. vē.
7 quiſquis. ut ſ. de inter. in fi. ti. † Non enim debet pars uti conſilio
aduocati, qui factū ignorat, in reſponſione facti. de pœ. diſt, vi. c.
j. uer. ideoq; non petat. & ſeq. & c fi. niſi ſit multum ſimplex, ut in
fra. §. vii. ver. xvii. ne eius conſilio facile incidat in periuriū, negan
do forte verū, uel cōfitēdo falſum, ut C. de ind. viduit. l. ij. & dixi
ſupra de aduoc. §. utriuſq;. ver. ſed nūquid. imo aduocatus arcea
tur à cōſpectu reſpondentis, ne verbo, aut nutu quolibet immu
tare faciat ueritatem: prope tamē ſit, C. de auct. præſ. clarū & vii.
q. j. illud. ibi, habeat vicini ſolaminis adiutorē, &c. ut poſſit reum
defendere, ſi iudex, uel aduocatus actoris eum uelit cauilloſis po
ſitionib. decipere, C. de aduoc. diuer. iudi. aduocati. & ff. de off. ꝓ
conſul. nec quicquam §. aduocatos & in præ. verſ. xvii. Et nota ꝙ
aduocatus docens clientulum falſo reſpōdere, tenetur alteri par
8 ti ad reſtitutionē, vt j. §. nono. uer. item nota. ¶ † Item & aſſeſſor
poteſt interrogare, quoniam participat interrogationibus, ut ff.
de offi. aſſeſ. l. j. item pars interrogat, ut ſ. & j. § vi. verſic. hoc au
9 tem. ¶ † Itē notarius, ſeu alter, cui iudex hoc cōmiſit, ſecūdū T. [h]
h arg. ext. de offic. deleg. ſuper quæſtionū. Sed an talia, & per quos
10 cōmitti poſſint, no. ſ. de iud. deleg. §. iā nunc. ¶ † Sed quis forma
i bit poſitiones, ſeu interrogationes? Reſpondeo [i], conſuetudo, q
eſt optima legum interpres, ut ext. de cōſue. cum dilectus. ita ta
men ut aduocatus, uel alius eius conſilio eas, & etiā libellum cau
ſæ formet, ſeu dictet. nā ius tangūt, & inepte formari poſſent, ut
11 extr. de iud. examinata. xj. q. j. ſacerdotibus. ¶ † Et breuiter, quic
quid ius tāgit, expediet aduocatus, C. de aduoc. diuer. iud. aduoca
ti. Eis vero dictatis, clientulus ponet, ſeu interrogabit, quia in ei⁹
perſonam formantur, ut ſ. niſi ſit indiſcreta perſona, ut extra, de
iud. paſtoralis. & in aliis caſibus ibi not. quo facto poſtea iudex re
um interroget ſuper eis, ut ſ. ver. & nota. Vtrum autē interroga
torium retro ab aula diſceſſerit, no. ſ. de interr. quæ fiunt ante lit.
k conteſt. §. j. verſic. illud autem [k].

ADDITIONES.

a Interrogatiue. ¶ Secundum Roſr. Cy. ubi ſ. in quæſtione dicit, ꝙ differūt ut genus & ſpecies: in utroque enim fit interrogatio, ſed non in utroque poſitio: quod ſit iſta ſpecies, illa genus.
b Non patitur. ¶ Secundum Roſ. in 4. membro.
c Circa principium. ¶ Lib. 6.
d Roff. ¶ Vbi ſupra.
e Cui forſan. ¶ Sic Roffre.
f Incipit, præſentium ¶ Lib. 6.
g Properandum. ¶ Quod hodie non habemus: & uide quod ſcripſi ſ. de aduo. §. j. uer. item quod eſt priuati.
h Secundum T. ¶ Vbi ſ. poſt princ.
i Reſpon. ¶ Secundum Tan. ſ. in 2. ſuo membro.
k Autem. ¶ Ibi poſuit, quod hic not. Roffre.

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones qualiter fiant ante litis conteſtationem.*
*Iurandum non eſt ſuper exceptionibus, niſi vbi eſt præſumptio contra excipientem.*
2 *Poſitiones regulariter fiunt ſuper principali poſt litem conteſtatam, non ante: vt & probationes.*
3 *Poſitiones ſæpe fiunt in defectum aliarum probationum.*
4 *Probare intendens aliquid, prius quam terminum recipiat ad probandum, facere debet poſitiones, per quarum reſponſiones poterit liberari ab onere alterius probationis.*
5 *Aliqua partium ſe offerente ad probandum per teſtes, vel inſtrumenta, an poterit redire ad poſitiones, ex quo ſemel produxit.*
6 *Probationum facultas non eſt anguſtanda.*
7 *Renuncians probationib. in cauſa, an uideatur & poſitionibus renūciare.*
*Renunciare ſuo iuri quiſque poteſt.*
8 *Iudex an debeat interrogare ad inſtantiam renunciantis, vbi iuri renunciatum eſt in genere.*
9 *Probationibus ſimpliciter renunciare, & omnibus probationibus renunciare, æquiparantur.*
*Indefinita locutio æquipollet vniuerſali.*
10 *Poſitio actoris primo fieri dēt, iuxta regulā, q prior appellat, prior agat.*
11 *Onus habens probationis, habet & emolumentum.*
12 *Poſitio rei ſi ſit actori preiudicialis, id eſt interimens eius poſitionē, prius admittitur reus.*

¶ Poſitiones quando ſint faciendæ.

4. §. Quarto quæritur, quando faciēdæ ſint poſitio
nes? Et certe cum ſuccedāt in locū pro
bationū, & eas imitari debeant, ut dixi ſ. §. proximo: generaliter
quandocunq; & vbicunque ꝓbatio admittitur, fieri poſſunt: vn
de fiunt ante litis conteſtationem ſuper exceptionibus dilatoriis,
quæ tunc debent probari, ut ext. de lit. conteſt. c. unico. & de ele.
dudum. ii. & in aliis caſibus, in quibus teſtes lite conteſtata nō re
cipiuntur: quod dic, ut ſ. de teſte, §. nunc tractemus. & aduerſari⁹
cogendus eſt per iudicem reſpondere illis. quod dic, ut j. §. 7. ver.
& nota, quod. Super principali autem non fiunt ante litis conte
ſtationem regulariter, ff. de interrog. act. l. j. niſi in caſibus, in qui
bus probationes poſſunt admitti, ut in præd. § nunc tractemus. &
ſi fierent, repelli deberent, vt & probationes, ut ext. ut lit. nō cō
1 teſta. ca. j. ad fi. ¶ † Sed cum iuramentum de calumnia, vel de ve
ritate dicenda, præſtetur ſolum poſt litem conteſtatam, ut ſ. tit.
prox. in prin. qualiter fient poſitiones ante litis conteſtationem,
& ſic ante iuramentum de calumnia? cum tamen ante fieri debe
ant & ad eas ſit reſpondendum per iuramentum, ext. de teſti. ad
a hoc. alias incipit, præſentium. prope prin. [a] Reſpondeo, ſecūdū
eos, qui dicunt, quod ſuper qualibet exceptione eſt lis conteſtan
da, & iurandū, ut ſ. de excep. §. viſo. uer. ſed nūquid iudex. facilis
eſt reſponſio: quia cum lis ſit in illo articulo conteſtata, & iuratū,
ſatis poſſunt ſuper eo fieri poſitiones & reſponſiones, quamuis
lis nondum ſit ſuper principali cōteſtata, nec iuratum. Alii autē
dicunt, non iurari ſuper exceptionibus, niſi ubi eſt præſumptio ꝯ
tra excipientem, ut diximus ſ. ti. prox. §. j. prope princ. vnde, ſecū
dum eos, ſicut probationes fierent ſuper eis abſque iuramento,
ſic & poſitiones fient: nec eſt hoc inconueniens, ſecundum eos.

ADDITIO.

Et

a Prope prin. ¶ lib. 6.

Et pro eis facit prædicta dec. ad hoc ibi, ſine iuramẽto, &c. ſed ſe
cũdum hoc reus impune poterit, quicquid falſo voluerit, pone
re. Vnde dicimus, quod licet, conditione ponẽtis & exceptionis
qualitate conſideratis, iudex abſque iuramento exceptionem
admiſerit, tamen in probatione ipſius facit iurare ponentem, id
quod ponit, verum eſſe, ſe exiſtimare, & credere ita eſſe, & eum
contra quẽ ponitur, uel interrogatio fit, reſpondere veritatẽ, &
ad hoc eum cogere poteſt, vt ſ. dixi: & ſic non procedit obiec-
2 tio ſupra ſcripta ¶ † Regulariter ergo fiunt poſitiones ſuper prĩ
cipali poſt litem conteſtatam, & non ante, vt & probationes, ut
extra, ut lite non conteſt. quoniam frequenter. in princ. quorum
loco ſuccedũt: ut dixi: fiunt etiam poſt iuſiurãdum in cauſa præ
ſtitum, eo quod fieri habent per iuramentum, & etiam reſponſi
ones ad eas, ut ſupra: & ex poſitione actoris, ſi contra ſe ponat, ſi
bi concluditur, ut j. §. 8. in princip. & ex reſponſione ſua reus con
uincitur & pro confeſſo habetur: ideoque habent fieri poſt litis
conteſtationem, & poſt iuſiurã dum immediate: quia ſi reus, uel
actor confiteatur, non eſſent poſtmodum aliæ probationes ne-
ceſſariæ: & breuiter ſuper quibuslibet dubiis fieri poſſunt poſitio
nes & interrogationes, uſque quo fuerit in cauſa concluſum eti
am publicatis atteſtationibus: ſicut fit in inſtrumẽtorum produ-
ctione, ut extra. de fide inſtru. cum dilectus. reſponſ. j. Et eſt ratio:
qa in inſtrumentis & in poſitionib. non timetur ſubornatio, ut in
teſtibus. Quidam tamen dixerunt, & male, quod atteſtationib. pu
a blicatis non poſſunt fieri [a]: quia ſi reus neget, actor probare non
poteſt per teſtes poſt publicatas atteſtationes, extra de teſti. con
ſtitutis. ergo inutiliter poneret. Sed hoc nihil eſt dicere: tum quia
3 adhuc poteſt probare per inſtrumenta, ut iam dixi. † tum quia po
ſitiones ſæpe fiunt in defectum aliarum probationum, ut extra
b de confeſ ſtatuimus. [b] Quinimo etiam poſtquã concluſum eſt
c in cauſa, poteſt iudex interrogare [c], cum iudex, qui cuncta debet,
ut ad ſententiaam perueniat, rimari, poſſit de facto interrogare,
quoties aliquid dubitationis occurrit, ut extra de fide inſtr. cum
Ioannes. circa fi & C. de iudi. iudices. extra de teſti. cum clamor.
& xxx. q. vlt. iudicantem. extra de offic. deleg. ſuper quæſtionũ.
§. intentioni s. & ubicũque. Quod intelligo, cum aliqua ambigui
tas oritur ſuper iam actitatis: ſuper nouo autem articulo interro
gare non poteſt, maxime ad partis inſtantiam, cõcluſione obſtã
4 te. ¶ † Sed & ſi ante cõcluſionem ſit datus terminus perempto-
rius ad exhibendum omnes probationes, forte poſt talem termi
num non poſſunt fieri poſitiones, cum loco probationum ſucce
dant, ut ſ. §. prox. ver. j. ſed iudex poterit tunc interrogare ex offi
cio, non ad partis inſtantiam de hoc nota. ſ. de dilat. §. videndũ.
d ver. item quid ſi dat⁹ [d] Et tene pro regula, ut quã docũq; aliquid
intendis probare, prius quam recipias terminum ad probandũ
facias poſitiones, per quarum reſponſiones forte liberaberis ab
5 onere alterius probationis, ut ſ. § ſecundo. ¶ † Sed quid ſi aliqua
partium offert ſe probaturam per teſtes, uel inſtrumẽta, nũquid
poterit redire ad poſitiones, ex quo ſemel produxit? Dixit Goff.
quod non. cum eñ ponendo potuerit releuari. & grauari elege-
rit, ſibi imputet, quia mos eis gerẽdus eſt, ut ff. de proba. circa. C.
de iure deliberan. l. fi. §. ſin autem & extra de proba. quoniam cõ
e tra. ex ordine verborum. dominus meus contra [e] quia actus iſti
6 non ſunt contrarii, imo conuenientes. † nec enim eſt anguſtan-
da probationum facultas, C de hæret. quoniam. in fi. 14. q. 2. quã
quam maxime niſi ſe adſtrinxerit ad probandum tantum per te
7 ſtes vel inſtrumenta. ¶ † Item quid ſi renunciatũ eſt probationi
bus in cauſa, nunquid uidetur eſſe renunciatum & poſitionibus?
Dicunt quidam, quod ſic: quia cum ſit una ſpecies probationis,
ut extra de confeſ. c. ij. extra de reſtit. ſpoliat. cum ad ſedem. renũ
f ciando generaliter probationibus [f], uidetur & poſitionibus re-
nũciatum: arg. xix diſt. ſi Romanorum extra de priui. quia circa,
de maio. & obed. ſolitæ. & quia in locum probationũ ſuccedũt.
g ut ſupra. Ego credo [g], quod ſi renunciatum fuerit ſpecialiter po
ſitionibus, ualet renunciatio. nam quiſque poteſt ſuo iuri renun
ciare, vii. quę. j. quam periculoſum. extra de priuil. ſi de terra. & de
regul. ad apoſtolicam. nec amplius poterit renuncians ponere.
8 † Si uero in genere, ut ſ. dictum eſt, dico, quod non poteſt ulteri
us ad renunciantis inſtantiam iudex interrogare, nec etiam ipſe
renuncians ponere: ex officio tamen ſuo poteſt iudex interroga
re ſuper iam actitatis uſque ad cõcluſionem & poſt, ut ſ. ſic ſerua
9 mus. Quidam tamen hic aliter dicunt. ¶ † Et nota, quo ad hoc
idem eſſe, ſimpliciter probationibus renunciare, & omnibus pro
bationibus renũciare: quia indefinita locutio æquipollet vniuer
ſali, ut in præd. c. ſi Romanorum. & in præd. dec. quia circa. Cæte
rum licet renunciatum ſit teſtium productioni, nihilominus ta-
10 mẽ adhuc poſſunt poſitiones fieri, ut ſ. de teſte. § fi. ¶ † Hoc quo
que notandum eſt, quod actor debet prius ponere, iuxta regulã
qui prior appellat, prior agat, ff de iud. qui prior. & ſecũdo reus:
et viciſſim ponat, ſi iudex viderit expedire, ext. de cauſa poſ.
ori. c. 2. & ad hoc facit, quod legitur & not. C. de iur. calũ.
rin. ibi, & actor quidem, &c. & j. uer. prox. ¶ † Sed po
ne: ecce actor facit vnam poſitionem, cui re⁹ ſufficienter reſpon
det, & ſtatim reus vult aliam facere, nunquid cogetur actor ei reſ
h pondere [h]: Videtur, ꝙ ſic, ff. de reg. iur. non debet. 23. q. 4. qui pec
cat. ext. de mu. pet. prudentiam. Econtra videtur, quia q prior ap
pellat prior agat, & qui habet onus probationis, habet & emolu
mentum, vt in præ. l. qui prior. & ext. de ord. cog. c. ij. & ff. de pro
bat. l. ij. Inſt. de leg patro. tu. SOL. Dicũt quidam, quod ſi aliquid
eſt pro actore probatum, vel præſumptum, tunc debet audiri re
us: alias fruſtra admitteretur, arg. C. de inof. teſt. filius. C. ad l. Cor.
de falſ. l. pe. quia abſoluendus eſt, etiam ſi nihil probat, actore nõ
probante, ext. de iureiur. c. fin. extra, de cauſa poſſ. & propri cum
eccleſia in fi. ¶ Alii dicunt, ꝙ ſi reus uelit ultra probare, mos ei
gerendus eſt, etſi nil ſit pro actore præſumptum, ff de probat. cir
ca. C de inge ma. l. pen. De conſuetudine vero generali. actor pri
mo ponit, quam reus. quod plenius proſequere, vt ſ. de dila. §. vi
12 dendum. uer. & no. quod ij. ¶ † Hoc quoque certum eſt, quod ſi
poſitio rei ſit præiudicialis, id eſt, ſi interimit poſitionẽ actoris,
prius admittetur reus, vt 23. q. 4 qui peccat, reſpon. i. vbi dicitur,
quia interrogas, quæ ſit ratio proſequẽdi, viciſſim te interrogo,
cuius ſit vox, &c. ad idem iij. q. xj per totum. Item cõſulo tibi, ad
uocate rei, ne multum feſtines in poſitionibus faciendis, ne ſcili-
cet inſtruas actorẽ, & ut prius quam ponas, plene videas eius in
tentionẽ fundatam, vel quaſi, ut iam dixi., non enim habes pone
re, donec videas eius intentionem.

ADDITIONES

a Fieri. ¶ Supple ſuper eiſdem capitulis.
b Statuimus. ¶ Lib. 6.
c Interrogare. ¶ Sed non poteſt pars ponere, ver. de hoc per Cy. q. 8. & 7. tra
ctat principale dictum huius §.
d Si datus. ¶ Et ibi dicitur in aliquibus partibus ſeruari contrariũ: & fuit
dictum Alb. Papi. vt ibi dixi: qui etiã tenet, quod ſi datus eſt terminus ad
ponendum, poſtea non audiretur, niſi iuſta cauſa ſubeſſet, C. qui accuſa. nõ
poſſ. ſi ea. hoc dixit ſuper l. diffamari. C. de ingen. man.
e Contra. ¶ In ſumma de lit. conteſt. §. 3. ver. ſed quid ſi aliquam.
f Probationibus. ¶ Accedebat Aegi. ſi additum fuiſſet omnibus.
g Ego credo. ¶ Cum Aegid. c. 35.
h Ei reſpondere. ¶ Iſte ver. vſque ad finem §. fuit Vbert. de Bo. ſ. & incipit
vtrobiq;, item quid ſi actor. facit ad hunc verſi. id, quod ſcripſi ſ. de recon.
uen. §. videndum. ſuper ver. & ſi iudex.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſitiones non fiunt in pleriſque locis.*
2 *Poſitiones factæ ante litis conteſtationem ſuper exceptione excommuni-
cationis qualiter proponantur.*
3 *Excipiens ſe non eſſe excommunicatum, qualiter ſuas poſitiones forma-
re debeat.*
4 *Poſitiones formans poſt litem conteſtatam ſuper principali, qualiter
ſe habere debeat.*
5 *Agens rei vendicatione contra poſſeſſorem, quot modis, & qualiter ſuas
formare habeat petitiones.*
6 *Petens fundum quem ad ſe aſſerit pertinere iure dominij, uel quaſi, quæ
debeat allegare.*
7 *Petens aliquid per promiſſionem ex cauſa mutui ſibi factam, qualiter
formabit petitionem.*
8 *Repetens librum, quem depoſuit, quibus verbis utetur.*
9 *Petens aliquem remoueri ab aliqua eccleſia, quam retinet contra iura,
quæ debeat in ſua petitione allegare.*
10 *Petens electionem ſuam confirmari, & eam eſſe canonicam proba-
re volens qua forma verborum vti debeat.*
11 *Poſitiones ſuper quibus, & per quos debeant fieri.*
12 *Poſitiones formatæ iudici ſunt in ſcriptis offerendæ.*
13 *Poſitionibus ab actore oblatis quomodo debeat iudex ponenti reſpondere.*
14 *Reſpõſio facta poſitionib⁹ ab actore formatis, ſub qua forma dbeat ſcrib.*
15 *Papa vel eius auditore in curia Romana poſitiones approbante, an illis
poſſit vlterius obijci.*
16 *Ponens in iudicio an ſemper teneatur dicere, quod ſciat, puta vbi iuratũ
eſt de calumnia.*
17 *Poſitiones ſic ſunt formandę, ut fundent intentionem ponentis, conſidera
ta natura propoſitæ actionis.*

¶ Poſitiones qualiter fieri debeant.

5. §. Quinto ſupereſt videre, qualiter fieri debent poſiti
ones. Et licet fere in omnibus actionib. ſpe
a cialiter poſitiones formauerimus in tractatu libellorum [a], tamẽ
1 vtile uiſum eſt hic doctrinam tradere generalem. † ¶ Ad cuius rei
notitiam ſciendum eſt, quod in pleriſque locis non fiunt poſiti-
ones, ſed lite conteſtata, præſtitoque iuramento, ſtatim iudex ſu
per ſingulis articulis libelli reum interrogat: quod dic, vt ſ. de te
ſte, §. nunc videndum nobis. in prin. Sed in curia Romana, & qua
2 ſi vbiq; poſitiones formantur. ¶ † Super quo ſcias, quod quãdo
que fiunt ante litem conteſtatam ſuper exceptione excõicatio
nis ſic Propoſita: Coram vobis domine iudex, dico P. eſſe excom
munica

ADDITIO.

a Libellorum. ¶ Sic & fecit Io. de Blano. generalem autem tractatum non
edidit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

municatum,quia percuſſit talem clericum: ideoque non eſſe in
cauſa,quam cōtra me mouet.audiendum. Si igitur ille negat ſe
excommunicatum,uel ſe percuſſiſſe talem,uel illum clericum fu
iſſe,excipiens ſic formabit poſitiones:

POSITIONES.

3 † Pono,quod percuſiſti talem. itē ꝙ in tali parte corporis. Item
quod cum pugno,uel baculo Item quod percuſiſti eum tali die
item quod in tali loco.Item quod talibus pręſentibꝰ.Item quod
turbatus ex cauſa illum percuſiſti. Item ꝙ percuſiſti animo in
iuriandi.Item quod ille erat tunc temporis clericus. Item quod
erat in poſſeſſione clericatus.Item quod ſciebas eum clericū eſſe
Item quod vidiſti eum tonſuram clericalē ferentem.Et ſi actor
hoc confiteatur,probata eſt excōmunicatio per ſuam confeſſio
nem:extra de offic.delega.prudentiam §.ſi vero.ſed ſi diffiteatur
actor reus has poſitiones negatas dabit pro articulis verbis com
a petenter mutatis:quod dic plene,ut in præd.§.nunc uidendum [a]
4 ¶† Regulariter autem fiunt poſt litem conteſtatam ſuper prin-
b cipali,vt ſ.§.proxi.& §.iij.ad quod hac via peruenitur [b].Formās
enim poſitiones habeat libellum præ oculis,& ex ipſius tenore
poſitiones formet,& cōſideret diligenter,quid eū probare opor
tet.Super omnibus enim,quæ probare habet,poſitiones faciat:
nec ualet poſitio,nec confeſſio,niſi fiat ſuper re,de qua agitur,ff.
de inter.act.confeſſionibus.extra de offic.iudi. deleg.cum olim-
& ĩ.uer.& no.Sed & cauilloſe per quæcunque diuerticula pote
rit,reum trahat actor ad ſuam intentionem per poſitiones,ff.de
verb.ſig.natura cauillationis.& de reg.iu.l.ea eſt natura.quod po
ſpondere,quandiu dubitat de iure ſuo:& quando ex reſponſio
ne põt ei præiudicari ff.e.l.& quia Eſt & alius caſus, in quo non
eſt reſpondẽdum:puta ſi filius agit cum patre, in cuius poteſta
te eſt non enim tenetur reſpondere patri : quia nõ eſt iudicium
inter eos.Idem dico,ubi alias iudicium non ꝯſiſtit, putà inter ſer
uum & dominum,& huiuſmodi,vt ff.e.ſi filius.2.& l. ſi ſine. §.ſi
15 ſeruus ff.de iud lis nulla.& l.non idcirco §.cũ poſtea.† ¶Octa-
k uo [k] conſiderandum eſt,an poſitio ſit negatiua? ꝙ ſi ſit, non de
bet ei reſponderi:quia qui negat,nõ ponit, ſed remouet, ſiue ſit
negatiua explicita, ſcilicet non habens determinationem loci,
uel temporis:ut,pono,ꝙ non cognoui Bertam,extra, de frigid.
c.2.vel non fui citatus,extr.de elect bonæ.§ porro. ſiue implici-
ta:vt,pono quod tempore electionis quatuor ex canonicis tan
tum præſentes fuerunt:argu.extr.de cauſa poſſeſ. & prop. cum
l eccleſia.¶Et nota, [l] quòd † hæ dictiones Tantum & Solũ, faci-
16 unt implicitam negatiuam : [m] & neutra prædictarũ negatiuarũ
m poni poteſt:quod ſic probo: poſitiones ſuccedũt in locum pro-
bationum:unde id ſolum ueniet in poſitione,quod in probatio
ne,ut ſupra verſi.3.ſed negatiue nulla eſt directe probatio:ergo
nec poſitio,ext.de prob.quoniam contra.& in præ. c.bonæ me
moriæ. j. §.contrà legati ff.de proba. l.2. 6.q.ult.actor.extra de
17 cauſa poſ.cum eccleſia.de quo dic,ut j.de probatio.§.j. †¶Sed
forte excipitur, cũ aliquid indirecte probatur, ext.de teſtib.ex
tenore.C.de contrah.ſtipul.optimam Item niſi negatiua habeat
implicitam affirmatiuã:quod exemplifica,ut ff.de prob.ſi filius.
3.quæſtio.9.indicas.extr.de renun.ſuper hoc.& de probat.quo
niam.in prin & c.ex literis & c.3.extra de ſolu.is qui.ff.de prob.
cum de indebito.Itẽ excipitur,cum qualitas facti negatur, ff.de
proba.ab ea.Item ubi ius præſumit in contrarium,C de codicil.
nec codicillos.ff.de donat.inter uir.& uxo.Quintus ff.de prob.
ſi pactum.

## ADDITIONES.

a Obſeruari. ¶ In gl.antep.ultra medium:ſed non fateor, ꝙ gl.teneat, ꝙ de
facto ſic limitato,ut dicit auctor,teneatur pars reſpondere : uu.tergo, ꝙ
reſpondere teneatur de facto alieno,ſupple,quod pertinet ad cauſam, &
ſic ibi dicebat dom.meus,ut etiã ponit Cy. ubi ſup.in ult. q. & uide quod
dicam ſuper ver.quando.in fi.
ADDE, quæ dicatur poſitio impertinens,Bar. & Bal. in l. cum virũ.
C.de fideicom.ubi dicitur, ꝙ poteſt fieri poſitio de iure præſumpto. Et an
ſtante ſtatuto, ꝙ poſitioni impertinenti quis teneatur reſpondere,ſi ſit no
torie impertinens,Imo.in l.dies cautionis.ff.de dam. infect.tenet, ꝙ non:
pro quo faciunt no.in l.j. ff.quod ui,aut clam. Quid autem ſi quis poſitio-
ni impertinenti reſponderit,an ſibi præiudicet?uide Pan.eius conſi ulti.
Et an iudex poteſt cogere reſpondere poſitioni impertinenti ? uide per
epiſcopum Alex.in capitulo,ſolicitudinem.extra de ap.
b In fi. ¶ Lib.6.
c Nolite.2. ¶ Facit,quod no.C.de iur.cal.l.2.§.quod obſeruari.in gl.ex hoc
ad fin.
d Tertio. ¶ Secundum Roſ.huius mens vſque ad finem.
e Poſitionem tuam. ¶ Cui declarationi non obſtabit terminus datus ad po
nendum,ut dixi.ſ.de teſte.§.nunc uidendum.ſuper uer.hoc etiam nota.
f Quarto ¶ Secundum Ro.& idem numerus.
g Et no. ¶ Aduerte, quia ibi & hic dr̃, ꝙ de facto aduerſarij debet quis rñ-
dere:& ibi præmittit̃, ꝙ de facto aduerſarij debet actor, vel reus ponere:
& ſic vr̃ inepta locutio. Si enim actor debet ponere de facto aduerſarij,
ergo non rñdet reus de facto aduerſarij,ſed de proprio: & ſic in reo ponẽ
te de facto aduerſarij:& ſic actor rñdebit de proprio. Sed in hac materia
factum proprium & aduerſarij ſunt ꝯnexa. In terminis pono, ꝙ mutuaui
tibi:hoc factum utriuſque,& in caſu,quo factũ eſſet in uno, ꝯmodũ reſpi-
cit reliquum uel incommodũ:per quod ꝯclude, ꝙ de facto proprio, & de
facto aduerſarij,& de facto tertij,ſi faciunt ad cauſam,poni põt,& rñderi
debet:de tertio patet exemplum quintum in §. 5. Item ſi non facit ad cau
ſam etiam in facto proprio,uel aduerſarij,non procedit poſitio,ut patuit
ſup.uer.2.in prin.
h Quinto. ¶ Secundum Roſ.iſte ver.&
i Secundum Roſ. ¶ Vbi ſup.uer.7.
k Octauo.¶ Secundum Roſ.ſub eode
l Et no. ¶ Secundum Aegi.ubi ſup.c
m Negatiuam. ¶ Extra de cã poſ.cũ e
ADDE Bal.in l.cum te.C.de pro
ri.de iur.ca.per nouiſsimos in l.int

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ſi pactum.& l.ſi chirographum. Vel pōt dici, ſm Roſ.[a] q̄ in p̄di
ctis caſibus affirmatiue fient poſitiones: veruntamen licet nega
tiua non poſſit poni a parte, iudex tñ, qui habet ex ſuo officio cū
cta rimari. vt 30.q.vlt. iudicantem. & 23.q.8.occidit.ext.de offi.
iu.deleg.ſuper q̄onum.§.intētionis.pōt & debet, ſi viderit expe-
dire, ex officio ſuo interrogare ſup negatiua, arg. ff. de interro.
act.l.pe.& extra, de fide inſt. cū Ioannes. ubi iudex facit interro-
gationem, q̄ pars facere non poterat, cū eſſet in cā ꝯcluſum. Ac-
cipe ēt exemplum. prout no. C.de non nu.pec.in ꝯ̃ctibus.maxi-
me aūt interrogat ſup negatiua, ubi agit̄ de ſalute, vel periculo
animæ: arg.extra, de re iudi. lator. ad fi. Hodie uero expeditum
eſt: quia iudex poteſt admittere poſitiones negatiuas, q̄ nō poſ-
ſunt probari niſi per confeſſionem aduerſarij, ſi ſibi æquū & ex-
b pediens videatur, extra, de ꝯfeſ. ſtatuimus.[b] Si ergo ſit æquitas,
admittat eas, licet hoc non fiat de rigore iuris: quæ ꝯſtitutio fa-
cta fuit, ſecūdum Vber.de Bobio, & Albe.Papi.& Homobo.di-
centes, quod & ſi negatiua non poſſit directe probari, probatur
tamen per obliquum, ſcilicet per confeſſionem partis aduerſæ,
vt ſic fiat probatio per eum modum, per quē fieri poteſt: vt a-
lias ff.de procu.mutus. Vnde dicebam, actorem cogendum tali
poſitioni reſpondere: Pono, quod nihil tibi debeo: talis ergo
æquitas p̄ferenda eſt iuri, C.de iudi. placuit. extra, de tranſactio.
c.ſi.quam iudex ſemper debet habere præ oculis, ff.de eo, quod
cert.loc. q̄ ſi Epheſi. cum ponens probare nō poſſit talem nega
tiuam, & is ꝯ̃ quem fit, nouerit ueritatem, ęquum eſt, q̄ rñdeat,
& q̄ ad hoc cogatur: quia ad iudicem ſpectat veritatem inquire
re modis omnibus, quibus poteſt. vt ext.de præſum. afferre. &
iam ſupra dixi, & negatiua poſitio probatur ſolum per reſpon-
ſionem eius, contra quem fit, niſi in caſibus præmiſſis. Affirma-
tiua vero ſi negatur, poteſt probari per teſtes, ut ext. de teſti. ad
c hoc. alias incipit, præſentium.[c] De negatiua autem ſic potes po
nere exemplum: Promiſi tibi per inſtrumentum ſoluere decem
vſque ad annum, ſpe futuræ numerationis: anno elapſo petis a
me illa decem: vnde videtur prima facie ſtandum inſtrumento,
ut ext.de fide.inſtru.ſi cautio. Sed ego volo probare me non te-
neri, dicens, quod non numeraſti mihi illa decem: ſi uerum eſt,
conſtat me tibi nō teneri: tamen id probare nequeo, cum ſit ne
gatiua ſimplex, ut ſup. poſſum igitur ponere ſic:
18 ¶FORMA. † Pono per ſacramentum meum,[d] quod non
d numeraſti mihi illa decem, quę a me petis. Item quod nullus no
mine tuo numeraui: certe cum tu ſcias ueritatem, nec ego per te
ſtes hoc probare poſſum, æquum eſt, ut reſpondere cogaris, C.
de non nu.pecu.per totum, Inſti.de literar. oblig. Poteſt quoq;
& aliud exemplum poni ſic: Pono, quod reſcriptum non fuit de
ſpeciali mandato domini impetratum, ut ext. de reſcri.non nul-
li.& c.ex parte. Hoc enim reſpondere debet, cum ipſe hoc ſciat,
e & ego probare non poſſim: & ſic in ſimilibus, ſecundū B.[e] Por-
ro in negatiua quidam diſtinguunt. nā ſi eſt præſumptio pro a-
ctore contra reum. puta quia dicitur homicidiū commiſiſſe, &
ipſe dicit ſe nō feciſſe dolo malo. Item ſi dicitur iniuriam uerbo
dixiſſe, & ipſe dicit ſe non dixiſſe animo iniuriandi, tunc poteſt
reus ponere ſic: Pono, q̄ non feci homicidium dolo malo: nec
dixi verba animo iniuriandi, ſicut dicitur C.ad l.Cor.de ſic.l.j.&
de iniur.ſi non ꝯuicij. & hoc poterit probare per eum modū, q
procedere poterit, ſicut dicitur alias ff.de procur mutus.in prin
cip.nam probabit per cōfeſſionem aduerſæ partis. & facit extra
de præſum.c.j. Antiqui tamen, qui ſimpliciter dixerunt, poſitio
nes negatiuas non eſſe admittendas, dicunt talem poſitionē ad
mittendam: Pono, quod ſteti per totam diem extra ciuitatē, ſe-
f cundum Alber.Papi.[f] † ¶Nono[g] ꝯſiderādum eſt, an poſitio ſit
19 generalis in genere generaliſſimo? verbi gratia, dico ſic: Pono
g mihi fundum dari debere. uel ſic: Pono, quod T. mihi debet ali-
quid. & certe talis poſitio eſt reſpuenda præſtando enim fundū
vnius digiti, uel ſoluendo feſtucam, liberaretur is, contra quem
fit: nec oportet eum laborare, opponere contra has poſitiones:
argumē. ff. de legatis. 2. Titia. reſponſo j. ff.de iure dotium, cum
poſt. §.gener. ff de verborū ſignificatio. locus. Generalitas enim
parit obſcuritatē, ut ff.de iure fiſci.l.ita fidei. & obſcuræ poſitio
20 ni reſpondendum non eſt, vt ſ̃.verſic.3. † ¶Decimo[h] conſide-
h randum eſt, an poſitio ſit captioſa: puta quæ detegat periurium
reſpondentis, quę non eſt admittenda. Verbi gratia: pater ꝯuen
tus iurauit nihil eſſe in peculio. vnde conſtat, quod tutus eſt ex-
ceptione iuriſiurandi, niſi pro rebus poſtea quæſitis pro quibus
conueniri poteſt. Finge igitur, quod poſt iuſiurandū aliqua res
in peculio inuenitur, quæ tunc erat in ueritate: & ponit aduerſa-
rius ſic: Pono, quod hæres eo tempore, quo iuraſti, erāt in pecu
lio: certe non tenetur pater reſpondere propter inconueniens,
quod ſequitur. nam ſi hoc confiteatur, iam cōfitetur per conſe
quens ſe periurum, cum iurauerit ipſam in peculio non fuiſſe: ſi
uero neget, deierat, cum in ueritate fuiſſet in peculio: & præter-
[...]ci exceptio iuriſiurandi. & poterit ꝯueniri pro-
[...]s iurauit. quod eſt inconueniens: quia ex tali iu-
rando & actio & exceptio datur. hoc probatur ff. de iureiu-
rādo, qui iuraſſe §.pater.& l.duobus.§ finali, & l.alias.& arg.C.
de uſur.rei iudic.l.fina.in fine. Nulli enim laqueus eſt immitten-
dus ut 22.quæſt.j.de uiduis. Vnde dicit Imperator, Non ſpecta-
bis me auctorem periurij, C.ſi aduerſ.ven.l.j. & extra de iureiu-
ran.ſi uero. Non eſt ergo reſpondendū poſitioni, cui reſpondē
do, vel contrarius eſſet primę reſponſioni, uel ſibi p̄iudicaret. ff.
de pet.hære.ſi quis libertatem.§ fi.de hoc j̃.verſi. 12.& 14.& ſ̃.
21 verſ.1.† ¶Vndecimo[i] conſiderandum eſt, an poſitio ſit multi-
i plex, ſeu implicita: & continens ſeu implicans in ſe plures articu
los, ſeu plura dicta: quod eſſe non debet, ff.de iure fiſc.ita fidei
Verbi gratia: Pono T. rectorem talis eccleſiæ mihi debere cen-
tum. Vel ſic: Pono Seium fuiſſe filium Mæuii, & mihi debere cē
tum. Vel ſic: Pono, quod Seius filius Mæuii mihi debet centum.
Vel ſic pono, quod poſſideo talem eccleſiam pertinētem ad ta-
le monaſteriū. Vel pono, q̄ poſſideo talē eccleſiā habentē curā
animarū, & ſimilia. Vtraq; enim iſtarū poſitionū duo ꝯplectit̄,
quorum vnum pōt eſſe uerum, & alterū falſum ſimul & ſemel
quia pōt eſſe, q̄ Seius eſt rector talis eccleſiæ, uel filius Mæuii,
nō tñ debet centū, uel econtra: vñ reus implicitus & perplexus
eſt, cū uerū inficiari non debeat & falſum aſſerere ſit peccatū ex
de cri.fal.c.j. 11.q.3.q̄ſquis.22.q.2.primū. Poterit ergo dicere is,
ꝯ̃ quem fit, Frater explica poſitionem, alias non reſpondebo: vl̃
ipſemet explicet reſpōdendo, dicens, hoc eſt uerū, illud falſum
arg.C.de impub.& alijs ſubſtit.l.precib.ex̃ de ſponſ.de muliere.
ff.ad l.Cor.de fal.filius reſpon.j.& §.ſeq.extra de teſta.c. Raynu
tius.& c.Raynaldus. uel ſi velit cautius rñdere, ubi unū eſt falſū,
reliquū uerū, poterit ſimpl̃r poſitionē negare, ut ff.de reb. dub.
k ſi is qui ducenta.§.vtiū. q̄ poteſt facere ſm regulā[k], quæ dicit,
22 † Cuius aliqua particularis eſt falſa, eius vniuerſalis ſimiliter eſt
falſa argum.9.diſtinct.ſi ad ſacras.3.quæſt.noua, pura.ff.de ædil.
edi.cū eiuſdem.extra, de hære.fraternitatis. Nec per hoc uide-
tur utrunq; negare, ſed ſolum copulam, ſeu aſſociationem. ue-
l re enim poſſum dicere, non ſum homo & aſinus[l]. Vel ſi uelis
probare me hodie comediſſe, & ponis ſic: Pono, q̄d hodie co-
mediſti in eccleſia: certe ſi hodie non intraui eccleſiam, poſſum
hanc ſimpliciter negare, licet hodie comederim. Vel ſi pono, q̄
tu tali die percuſſiſti talem clericum in capite lethali vulnere
certe licet percuſſeris, non tamen in capite, uel etiam in capite,
ſed non lethaliter, potes negare ſimpliciter poſitionem: vnde
hoc caſu debet quis diſtincte ponere. ut ſupra, §. quinto.
23 Sicut enim quidam ſcripſerunt, † reſpōſio refertur ſolum ad id
ſuper quo principaliter fit quæſtio, ſeu poſitio, ut ſuprà p̄ximo
verſic. item non eſt. verbi gratia, ſi uelim probare, quod mutua
ui decem T. defuncto: & pono ſic, Pono, quod decem mutuaui
T. cuius tu es hæres: ſi illud ſimpliciter confitearis, uideris ſolū
de mutuo confiteri: non autem, quod ſis hæres defuncti: quia il-
lud uidetur dictum demoſtratiue, non autem ponendo, ſeu af-
firmando. Argumentum ff. de conditio. & demonſtratio. cum
tale.§.falſa. cum ſimilibus. Vnde ſecundum eos, debet ueritas re
ſponderi ſuper articulo principali. Quidam tamen in talibus, &
vbicunque poſitio in aliqua parte ſui continet aliquid, quod ne
gari poſſit, admittunt talem reſponſionem nō credo, uel nego,
prout ponitur: ſicut & admittitur illa reſponſio. nego narrata,
prout narrantur, ut ſ̃. de litis conteſt.§ ſecundo. Alij dicunt,
quod debet reſpondens dicere, hoc, uel hoc modo, credo illud,
uel illo modo, nego, ut præmiſſum eſt, curare debet ergo iudex
ut certum quid ponatur, & diſtincte, certumque reſpondeatur,
ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. quod autem, & §. nihil. ff. de
confeſſion. certum: Fatuum eſt enim, ſic multa in una poſitione
implicari. unde cautus dicta diuidat, non cōmiſceat, & diuiſim
reſpondeat, non coniunctim, ne decipiat, uel decipiatur. parum
enim intereſt in uitio decipere, uel decipi, 16. quæſtio j. ſi cupis.
24 † ¶Cęterum

ADDITIONES.

a Secundum. ¶ Roſ. vbi ſ̃.
b Statuimus. ¶ Lib.6.
c Incipit, præſentium. lib. 6.
d Per ſacramentum meum. ¶ Quod poteſt eſſe de ueritate, ſed ſequens de credulitate.
e Secundum B. ¶ Eius dictum poſui in 4.gl.decr.j.de confeſ. ſuper qua addidi tertium exēplum, ſm Hoſt. cum ponitur diœceſanum nō inſtituiſſe.
f Secundū. Alber. Papiē. ¶ & Vber.de Bob. vbi ſ̃. ante fi. allegant l. optimā. alleg. ſupra, poſt prin. & ff. de eo, quod cert.loc. non vtique.
g Nono. ¶ Secundum Roſ. ſub eodem numero.
h Decimo. ¶ Secundum Roſ. ſub eodem numero.
i Xj. ¶ vt ſ̃. ſed hoc longe plenius.
k Secundum regulam. ¶ Quam ponit Tancr. vt ſupra. §. qualiter. ad finem. ADDITIO. Adde Bald. conſ. 403. incip. q̄ non ſit. col. 2. verſ. non obſtat. in 5. vol. q̄ vbi oratio eſt in parte falſa, tota oratio negari pōt: & quæ dicat̄ oratio vniuerſalis, quæ particularis, quæ indefinita, & quę ſingularis vide Bar. in l. ſi ita. ff. de leg. 2. Hen. Fer.
l Homo & aſinus. ¶ Secundum Roſ. ſed ſequens exemplum fuit Tanc.

24 † ¶ Cæterum hodie prouiſum eſt, vt ſi poſitio continet plures
articulos, iudex debeat poſitionem membratim diuidere, &
poſtmodum ſigillatim ſuper quolibet articulo poſitionis faciat
ſufficienter a partibus reſponderi. Nec ſufficit generaliter nega
re poſitionem, niſi ad ſingula in ea cõtenta reſpondeatur, ut ex-
tra de teſtibus ad hoc §.j. de conſecratio. diſtinctione 4. quæris
a me. circa medium, ibi, rñdet Credis. & ad cætera, quæ ſingula
quæruntur, ſic rñdetur, &c. Præmiſſa autem vera ſunt, cum plu-
ra copulatiue in poſitione continentur. Diſiunctiue autem plu-
ra poſſunt in poſitione contineri: vt videatur argumen in pręd.
§. vtrum. ff. de conditio. inſtitution. l. quinta, ff. de quæſtionibus.
repeti. extra de teſtibus, cum clamor. de reſcri. ex parte. ſ. ibi, do
a lo, vel negligentia, &c. vbi de hoc ſecundum Papam.[a] Inſtit. de
hæred. inſti. § penultimo. Sed certe nec ſub diſtinctione plura in
vna poſitione admittimus, niſi vbi eſt probabilis ignorãtia, vt in
facto alieno, ff de iur. & facti ignoran. regula. quia qui ponit, cer
tum ponere debet: ſicut & reſpondens certum reſpondere de-
bet, vt ſupra prox. & diſiunctiua incertitudinem notat, vt ff. de
verb. oblig. vbi autem. §. illud. ff. de iniurijs, prætor edixit §. qđ
25 autem prætor. & ſ. de litis conteſt. §. 2. in princi † ¶ Illud autem
certum eſt quòd ſi poſitio fiat generalis, puta pono contenta in
libello vera eſſe, nihilominus adhuc poterunt fieri ſpeciales po
ſitiones ſuper ſingulis capitulis, ut in prędicta l ſi is qui ducenta.
§. vtrum ita. ſęd & ſpecialibus factis poteſt generalis fieri: quia
non eſt nouũ, vt quibuſdam ſpecialiter præmiſſis, generalis clau
ſula ſubſequatur, vt ff. ad l. Aquil. ſi ſeruus ſeruũ. §. inquit lex. de
tali poſitione no. ſ. de lit. conteſt. § ſecundo, verſi quid ſi priuſ-
quam. & ſupra verſic. j. ibi, hoc tamen, &c. Sed an articuli ſub di
ſiunctione ſint formandi, no. ſup. de teſte, §. nunc uidendum.
26 † ¶ Quid igitur, ſi fiat talis poſitio: Pono appellatum eſſe à tali
iudice, uel ab eius delegato: & ſi non credis ɔiunctim, pono diui
ſim? Reſpon. non eſſe reſpondendum tali poſitioni, per prædi-
cta iura: & ſic obtinuit: nec ualet, quod in ea dicitur, & ſi nõ cre
dis coniunctim, &c quia non poſuit coniunctim, imo diuiſim,
27 C. de verbo. ſignificatio. quidam. ff. eodem. ſæpe. † ¶ Duodeci-
b mo.[b] conſiderandum eſt, vt ſic reſpondeatur poſitioni, ꝗ per
reſponſionem non deducatur quis ad periurium: de quo etiam
dictum eſt ſuprà, verſicu. decimo. quod contingit, cum anceps,
vel dubius, tanquam certus reſpondet, aſſerẽs verum eſſe, quod
28 falſum eſt, vel econtra, extra de reſcrip. cum contingat. † Quin-
que etenim ſtatus mentis poſſunt ex lege colligi: nam interdum
certus ſum de eo quod eſt, & quandoque de eo quod non eſt,
quandoque puto eſſe quod eſt, quandoque puto eſſe quod non
eſt, & quandoque nec puto nec ſcio: vt probatur C. de iure deli.
ſcimus. §. j & § ſimili quoque modo. & § ſin autẽ dubius. C. de
cond. indebit l. fin. de errore vero. ignorantia & titubantia nota.
in Sum. Azon in tit. de iur. & fac. igno. in prin. & 38 diſtin. quam
uis. j quæſt 4. §. notandum. 22. q. 2. in quibus. In primis quidem
quatuor caſibus non eſt periculum, etiam poſt iuriſiurandum
præſtitũ poſitionibus reſpondere: ſed in quinto ſic, niſi negatio
præferatur. nam poteſt eſſe, ꝗ neque hoc, neq; ɔtrium puto qd
enim ſi interroget, an Rex Franciæ, qui diſtat per 20 dietas, ſit in
eccleſia, vel extra? certe nec hoc, nec illud puto: quia nulla ratio
me inducit ad credendum hoc potius, quã illud: vnde ſecure re
ſpondere poſſ[illegible], nõ puto, negatione prelata. hoc probatur ff.
de in litem iur. [illegible] ideamus. ff. de actio. emp. & vẽd. l. j. ff. de iure
iur. iuriſiurãdum & ad pecu. in ſi reſpon. j. & dixi ſupra §. ſexto.
29 ver. ſed nunquid. † ¶ Decimotertio ɔſiderandum eſt, an poſitio
c ſit iuris: verbigratia, Pono,[c] quod impubes nõ poteſt condere
teſtamentum, 2. quæſtio 5 §. diffinitiua. Vel pono talem legiti-
me, uel ſecundum iuris ordinem, uel rite proceſſiſſe: vel aliquid
canonicè, uel iuſte factum eſſe: certe his poſitionibus, & ſimilib.
non cogitur quis reſpondere. nam nõ cogitur quis probare ius
30 ſcriptum, ſed factum, ex quo ius oritur. ergo nec ponere. † quia
iura certa ſunt, & finita, & probata in ſe vnde confeſſio in eis nil
operatur, ff. de iur & fac. ig. in omni. & l. plurium. & extra de ap
pel. ſæpe. in princi. & argum. ſecunda quæſtione 3 §. notandum
prope princi ibi, nam facti quidem. & c. ff. de orig. iur. l. ſecunda.
§ ſi uero. C. de poſtul. l. ſecunda. nec reſpondens debet ius dice-
re, ſeu declarare in propria cauſa: imo ad iudicẽ pertinet, facto
probato, d ſcernere inter æquum & iniquum. iuſtum & iniuſtũ.
inde dicitur iudex, quaſi ius dicens, extra de verb. ſignific. forus.
§ in omni. Si quis ergo interroget, an ius ita uelit, nõ ualet, quia
ſi confiteatur interrogatus contra ius, nõ ualet, ut ff. de interro.
actio. confeſſionibus & l. ſeq. §. ſi vel ſi confitetur ius eſſe, quod
non eſt, niſi forte de conſuetudinario iure quæratur, quia tunc
d & poni & probari poteſt ſuper ɔſuetudine,[d] C. de ædifi pri. l. 3.
C. quæ ſit lon. conſue. l. ſecunda. C. de emanc. lib. l. ſecunda, extra
de ɔſue. cum dilectus. extra de verb. ſignifi. abbate. & patet infra
e in tractatu libel. in titu. de conſuetu. lex tamen uidetur dicere,[e]
quòd ad poſitionem iuris tenetur quis reſpondere, quia & de
hoc poteſt eſſe quęſtio inter partes quandoque, ff. de iureiu. l ſi
f nal.[f] extra de fide inſtrum. paſtoralis.[g] † ¶ Sed pone, procurator
g agit cõtra dominum ad ſalarium, & facit poſitiones, qualiter ad
31 miniſtrauit, procurauit & laborauit: demum ponit ſic: Pono, ꝗ
pro hac procuratione merui centum libras, nunquid eſt admit
tenda talis poſitio? Reſpondeo, non uidetur: quia uidetur eſſe iu
32 ris, ex eo, quod dicit Merui. † nam remuneratio de iure faciẽda
eſt iuxta laborem, ff. mandati. ſi remunerandi. extra de renuncia.
niſi cum. §. quippe duodecima quæſtione ſecunda, charitatem.
ſeptima quæſtione prima, in principio: de pœnitẽ. diſtinctione
tertia, pium. extr. de cenſibus, procurationes. Contrarium puto.
nam licet remuneratio ſit debita de iure, & ideo petitur, tamen
æſtimatio remunerationis, de qua ponitur, facti eſt, quia meritũ
reſpicit ſeruitium & laborem, de quo poſitũ erat, ut iuxta illud
ipſa fiat: & hoc erit iudicis eſtimare, ſeruitio & labore probatis.
33 † ¶ Decimoquarto[h] conſiderandum eſt. an poſitio ſit calumnio
h ſa, vel per quandam calliditatem & ſubtilem diſcuſſionem, ſeu
interrogationem inducens ad cõcedendum, quod iam negatũ
eſt, ut in hoc exemplo. pone enim, quod in prima poſitione ad-
uerſarius meus negauit Lucium fuiſſe ſuum procuratorẽ. dein-
de ego pono ſic: Pono, quòd Lucius tanquam procurator fecit
excoli vineas tuas. Item pono, quod vendidit vina tua. Item, ꝗ
culturam vinearum tuarum adminiſtrando peregit. Item pone,
quod mandaſti ei, vt quæ præmiſſa ſunt, uel aliquod ex eis face-
ret. Si ergo hoc concedat, manifeſte concluditur contrarium e-
ius, quod prius negauerat. Cum enim procurator ſit, qui aliena
negotia mandato domini adminiſtrat, ut ff. de procurator. l. j. iã
liquido patet ex præmiſſis per quaſdam callidas poſitiones, eſſe
concludendum cõtrarium iam negatis & ſic poteſt intelligi. ff.
de regu. iur. ea eſt. & l. natura cauillationis. ff. de uerbo. ſignifica
tio. Nec dico, non eſſe reſpondendum, ſed caute & cum delibe-
ratione eſſe reſpondendum. Poſſunt quoque & alia exempla
illi legi adaptari, ut ff. de legat. 2. ſi debitor. reſponſo j. ut & ibi
not. & uide ſupra uerſiculo 1. & infrà. uerſiculo, proxim. Item
cauilloſa eſt, quando per eam quis inducitur ad confitendum
id, quod facere non tenetur. Verbi gratia, inſtrumentum tibi
edi debet ſine die & conſule. ut infra de edi. inſtrumentorum, §.
uidendum. uerſicul. facienda. nunc tu uis poſitiones facere, per
quas perueniatur ad notitiam diei & conſulis: certe non debes
audiri per hanc uiam, ff. de tut. & cur. ſcire oportet. §. j ff de ſpõ
i ſa. oratio.[i] & uide infra proxim. ibi, item ſi negaui. & facit ff. de
petition. hæred. ſi quis libertatem § fina.
34 † ¶ Decimoquinto conſiderandum eſt, an poſitio ſit depen-
k dens a iam negata,[k] ut ſine periculo non poſſit eã confiteri: qđ
ſi uerum eſt, non debet ſibi reſponderi, ut ff. de interrog. actio. &
quia. § ſi. Negato enim principali, per cõſequens negata ſuntq
l cunque ſequuntur uel dependent ex eo.[l] argu. extra de fide in-
ſtrumen. inter dilectos. prope fin extra de hære. fraternitatis. 16.
quæſt. 7. ſed hoc diximus C. de legibus, non dubium. uerbi gra-
m tia:[m] pono, quòd T. uẽdidit mihi talẽ fundum: reus hoc negat.
deinde pono, quod dictus T. dictum fundũ mihi tradidit: hęc q
dem poſitio non eſt admittenda: tum quia dependet ex prima
negata: quia ſi reus ad eam reſpondet, poſſet de facili anceps per
iurium incurrere, quod iudex uitare debet, extra de iureiuran. ſi
uero. & quod metus cauſa, cum dilecti. & C. ſi aduerſus uendi.
l. ſecunda. tum quia hoc probatum me non releuaret, quia nuda
traditio non transfert dominium, ff. de acqui. ren. rerum dom.
traditio. ff. de donatio. nuda. Vel ſic: Pono, ꝗ impetraui reſcri
ptũ: tu negas: deinde pono, quòd illius reſcripti auctoritate fui
receptus in canonicum, uel fuit mihi prouiſum, uel quod illud
præſentaui, & ſimilia: certe hæ poſitiones non ſunt admitten
dæ, tanquam dependentes a prima negata, ut ſ. uerſiculo, prox
& uide

ADDITIONES.

a Papam. ¶ Ibi uide in gl. no. argumentum.
b Xij. ¶ Secundum Roſ. ſub eodem numero, quaſi ad literam.
c Pono. ¶ Vide, quod dixi ſupra. de teſtibus. §. nũc videndum. in principi.
ADDE, quod ſcribitur in repe. l. ubicunque. de interrogat. act. & per
epiſcopum Alex. in c. ſæpe extr. de appel.
d Conſuetudine. ¶ Secundum Odof. ubi ſup. poſt prin.
e Dicere. ¶ Placet Ro.
f L. fin. ¶ Circa medium legis, ubi innuitur de iure dubitari poſſe: ſolue, ut
ibi nota ꝗ ius ibi ponitur pro qualitate facti. Itẽ Gui. de Suz. ubi. ſ. j. de-
cre. innuit qñque dubitari, an aliqua ɔſtitutio ſit decretalis? tene, ꝗ ubi ta
lia dubia occurrerent, quæ iuſte mouerent iudicem, poſſet fieri poſitio, dũ
modo tute poni poſſit, & reſponderi, id eſt ſine periurij metu.
g Paſtoralis. ¶ Quòd non teneatur, bene probatur. ff. de auro & ar. leg. l. or-
natricibus.
h Xiiij. ¶ Secundum Roſ. & hic finitur eius numerus.
i Oratio. ¶ Secundum Albe. Gal. ubi. ſ. circa medium.
k Iam negata. ¶ Non ſic in confeſſata: quod ſ[illegible]
c. j lib. 6. ſuper gl. puta.
l Ex eo. ¶ Ad hoc C. de codicil. l. j. ff. de in[illegible]
ditione. in ſi.
m Verbi gratia. ¶ Secundum Aegid.

&vide ſ. verſiculo, primo. Patet ergo, quod contra id, quod ne-
gaui, nō debet admitti partis poſitio, vel iudicis, ſeu partis inter
rogatio, vt no. ff. de iureiurando qui iuraſſe. § pater. & l. eſi qui.
§. in pupillaribus. ff. de noxali. quoties §. fi. C. de iurament. calu.
l. ſecunda. §. primo. & quod principali negato non teneor reſpō
dere poſitioni, quæ ſine principali vera eſſe non poteſt: verbi gra
a tia:[a] Ponis, uel dicis me ɔxiſſe cum Berta: quod ego nego: conſe
quenter ponis, quod ſolui ei, vel recepi ab ea decem: certe non
teneor rñdere, quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, ut C.
de dona. inter uirum & uxorem, l. fi. ff. de iure dotiū, l. tertia. 30.
quæſtione quinta, nullum. quod verum eſt, ubi agitur de matri-
monio tantum. ſecus, ſi de matrimonio & de dote ſimul. Tunc
enim negato matrimonio bene tenetur reſpondere de dote. nā
aduerſarius releuatur à probatione dotis, ſi eam cōfiteor matri
monio probato. Item ſi negaui te à ſententia talis iudicis appel-
laſſe, non teneor reſpondere tibi ponenti, quod appellationem
35 huiuſmodi fueris proſecutus † ¶Item ſi negaui aliquid in gene
re, non teneor reſpondere tibi ponenti poſtmodū in ſpecie: ver
bi gratia: ponis me tibi animalia ſubtraxiſſe: nego: deinde ponis
me tibi boues ſubtraxiſſe: certe non teneor rñdere, quia per pri-
mam reſponſionem huic intelligor reſpondiſſe: argumen. ff. de
b exceptio. rei iudic. ſi cum teſtamento.[b] §. primo. & argumento
14. quæſt. quinta. pœnale. 32. quæſt. quarta. c. meretrices. 19 di. ſi
Romanorū. ¶Itē ſi negaui aliquid ſimpliciter, & poſtea ponis
de certo modo, non teneor reſpondere. verbi gratia: Ponis me
eſſe, uel fuiſſe hęredē Titij: ego nego: deinde, ponis me eſſe vel
fuiſſe hæredem eius pro ſemiſſe, vel quadrante: certe non tene-
or reſpondere: nam ſimpliciter me negādo hæredē, negaui me
pro aliqua parte eſſe hæredem: ſecus autē eſſet, ſi ſic dixiſſet: Po-
no te eſſe hæredem T. in totū: & ego negaui & poſtea dixit, Po-
no te eſſe hæredem T. pro parte: tunc enim teneor rñdere: quia
poſſibile eſt, ꝙ non ſum hęres in totum, ſed pro parte ſic: & hoc
verum eſt, ſi forma petitionis patitur poſitiones prædictas fieri:
alioquin non teneor reſpondere, niſi tangant negotium princi-
36 pale. † ¶Decimoſexto conſiderandum eſt, an ſit impoſſibilis,
vel contra naturam: quæ non eſt admittenda: puta ſi aliquis po
nat aliquam uirginem peperiſſe, præter glorioſiſſimam Mariā,
27. q. 2. §. cum ergo. Vel ſi ponat interfectum eſſe eum, qui uiuit,
c ff. ad l. Aqui. inde Neratius. §. fi. Vel ſi ponat patrem minorē[c] eſ
d ſe filio, Inſti. de adop. §. minorē. ff. de inter. act. confeſſionib.[d] &
l. ſeq. §. fi. Vel ſi ponat factū eius, cuius noīe actio cū alio eſſe nō
poteſt, ff. e. l. ſi cuius. & in præ. l. confeſſionibus. Vel ſi pono eum
ſeruum, qui mortuus eſt, ff. de inter. act. ſi autem. §. primo: & bre
uiter non poteſt poni, quod confeſſatum non ualet: de quo dicā
37 j. tit. prox. † ¶Decimoſeptimo generaliter conſiderandum eſt,
an poſitio ſit implicita, uel trāſpoſita, uel remota, uel repetita.
plerumque enim cauilloſi a remotis incipiunt ponere, & inter
multas poſitiones aliquam implicitam, uel reſpicientem remo-
tam ponunt, vel præpoſitam repetūt: quia quæ in præfationib.
præmittuntur, in ſequentibus repetita intelliguntur, ff. de verb.
obli. Titia. ff. de cond. & demon. quia de quo ſimplex ſibi nō ca
uet, 22. q. 4. innocens. & ſic cauilloſus ab euidenter veris ad eui-
denter falſa eū deducit, per breues mutationes, & ſubtilia argu-
mēta, ff. de reg. iur. natura cauillationis. & l. ea eſt natura. ideoq;
permittit, ut ſi ſimplex ſit clientulus, aduocatus eius de licentia
iudicis pro eo ponat, & reſpondeat, extra de iud. paſtoralis. & q̄
ſtioni adſit, ff. de adul. l. ſi poſtulauerit § quæſtioni. quod intelli-
ge, put no. ſ. § tertio ver. ſed & patronus. Caueat ergo, ne cau-
ſam negligat, ſed inuigilet, arg. ff. de his, quæ in frau. cre pupillus.
in fi. extra de offi. prim. c. unico, in fi. ſecundum dominum meū
nullus enim capiendus eſt in ſermone, ff. de iureiur. l. qui iuraſſe.
22. q. 4. vnuſquiſq;. & q. 2. quæritur. & q. 5. quacunque. & c. ſeq.
38 † Et ſimplicitas eſt amica legum, Inſti. de legit. agnat. ſucceſ. §.
cæterū. ver. & hæc quidem. de fideicom. hæred. § ſed quia. C. de
fur. l. fi §. tales. & veritatis, extra. de iureiu. ueritatis. Quidam tñ
dicunt, ꝙ quantūcunque clientulus ſit ſimplex, ipſe debet rñde-
re, & non aduocatus, in facto. Sed nec iudex ſimplicē, qui nō ap
prehendit, an poſitio ſit recte ɔcepta, uel non, coget ineptæ poſi
e tioni rñdere: imo ex officio ſuo debet eam reijcere,[e] vt ſ. de off.
iud. §. deſeruit. ver. ante litem & ver. poſt litē. & §. impedit. & ſ.
39 §. 5. vbi not. † ¶Decimooctauo conſiderandum eſt, an ponens
ſit ſibi contrarius quod dicut ſ. §. 5. in fi. vel an poſitiones ſint ſi
bi contrariæ. non enim poteſt qs ponere contra id, quod prius
poſuit: alioquin erit ſibiipſi contrarius, ff, qn̄ appel. ſit, l. prima. §.
ſi alius. extra, de appel. ſolicitudinem. in fin. niſi forte alleget iu-
ſtam cauſam prioris ignorantiæ, ff. de inter. actio. de ætate. §. in
terdum. & §. ex cauſa. & §. fi. ſed nec etiam ualet poſitio in ſe cō-
tinens contrarietatem, ff. de reg. iu. vbi repugnantia. & uide j. §.
40 proxi. in prin. † ¶Decimonono cōſiderandū eſt, an poſitio fiat
, contra quem fit: quod eſſe non debet, ſiue
per modum accuſationis, ſiue inquiſitionis. ſi
n enim cogitur aliquis reſpondere ſe crimino
ſum, iuxta illud, Non tibi dico, ut te prodas qđ dic. ut ſ. de teſte
f §. iam nunc videndum.[f] ver. ſed nunquid quæretur.[g] Argumē.
g contra, extra de elect. dudum. 2 vbi electus reſpondit ſuper plu-
ralitate beneficiorum: ſed poteſt reſponderi, quòd ibi non ni-
xus, ſed libens reſpōdit. Eodem etiam modo reſponderi poteſt
ad decre. eodem titulo. per inquiſitionem. & ad illam extra, de
confeſſ. capitulo ſecūdo. ubi de hoc, ſecundum Papam, & ad a-
lia ſimilia. Item contra, extra, de accuſationibus. ſi cōſtiterit. ſed
illud intellige, prout no. infra de inquiſition. §. nunc tractemus.
ver. inquiſitores quoque. Item ɔ, quinquageſima diſtinct ex pę
h nitentibus. ubi de hoc. Item contra, 2. q. 8. ſciant.[h] Inno quartus
i no. in præ. decr. dudū.[i] quod ſuper notorijs, ſeu manifeſtis per
ſententiam, uel alio modo, tenetur reſpondere: quia tunc pec-
catū eſſet clare, ut extra de coh. cle. & mulie. tua. ſuper occultis
non. Item & ſuper his, quæ impediunt executionē officij vel re
tentionem beneficij, etiam poſt peractam pœnitentiā, ut ſupra
de legato, § iuxta. ver. ſunt quoque quia in hoc eius vtilitas pro
curatur, argum. 23. quęſtio 5. prodeſt quod dic, vt ibi nota & in
præ decr. de confeſ. ſecundum eum. ¶Item ſi diſſimulatio crimi
nis periculum inducit, ut hęreſis uel dilapidationis in quibus pe
riculum eſt ſi occulta ſint: extra de accuſa. qualiter. 2 22. quæſtio
ne j. ſi quis per capillum. ¶Item ſi ſit infamia ſuper crimine, an
etiam tunc cogeretur infamatus ſe ſuo & aliorum iuramento
purgare, 2 quæſtione 5 presbyter. & quia peccatum eſt ſuſtine-
re infamem in dignitate, 25. diſtinctione, primū. ¶Item de hoc
ipſo, an ſit condemnatus de crimine, uel confeſſus, debet reſpō
dere: quia hæc quærere, videtur quæri, an ſit notorium, de quo
reſpondere debet, cum ſit peccatum tales ſuſtinere, ut dixi.
41 † ¶Sed quid ſi ponatur, quod aliquis crimen commiſit? Item
quod illud eſt notorium? Item quod eſt fama? Reſpon. de noto
rio & fama debet reſpondere, ut dixi: & ſi neget famā & noto-
riū, non tenetur reſpondere, an crimen commiſerit, cum nō te
neatur ſe publicare, ut dixi. Si autem confeſſus fuerit ſe diffama
tum, uel alias probatum fuerit, tunc quæritur ab eo, an crimē cō
42 miſerit. † ¶Quid ſi pono aduerſarium meum excommunica-
tum eſſe? videtur ſecundum hoc quod nō tenetur reſpondere:
quia excommunicatio nō debet infligi, niſi pro mortali, 11. quæ
ſtione 3. nemo. & capitulo, certum. Argumen. contra: quia ex-
communicatio medicinalis eſt, nō mortalis, 2. quæſtione j. mul-
ti. in principi. extra de ſenten. excommunic cum medicinalis. in
princi. Dic, quod ſi fit poſitio ſuper ſententia canonis, non tene
tur quis reſpondere: ſecus ſi ſuper ſentētia hominis, ut extra de
43 offic. deleg prudentiam. §. ſexta. Et eſt ratio, † quia ſententia ca-
nonis ſemper ligat, & eſt iuſta: hominis vero ſententia quando-
que iniuſta eſt, nec ſemper fertur pro crimine: extra de ſentent.
excommunicat à nobis. & 11. quæſtione 3. capitulo, 1. quia po-
teſt eſſe lata ſine iuſta & rationabili cauſa, eodem titulo, inquiſi
tioni. 11. quæſtione 3. §. ſi ergo. & quandoque nulla, puta lata
poſt appellationem, ut extra de appellat. ad præſentiam. & de
ſententia excommunic. ſolet. cum ſuis concordan. & in his quæ
not. ſecundum Papam. extra de teſti. cogen. capitulo, 1. & ſic ob-
tinuit. de hoc tetigi ſupra de act. ſeu peti. §. penultimo. uerſicul.
44 ſed nunquid habet. ibi, & propter hoc dicimus. † ¶Quid
ſi pono iudicem, uel executorem tuum excommunicatum
eſſe?

## ADDITIONES.

a Gratia. ¶ Hæc exempla vbique ad finem huius ver. ad literam ſunt Odo ubi ſupra.

b Teſtamento. ¶ Alias. ſi cum argentum,

c Minorem. ¶ Scilicet ætate, non ſtatura.

d Confeſsionibus. ¶ Pulchre dicit lex illa, quod falſæ confeſsiones debent cum naturalibus conuenire.

e Reijcere. ¶ Secundum Aegid. alleg. de excep. pia. lib. 6.

f Nunc uidendum. ¶ Debuit dicere. iam nunc de interrogatorijs. ad fi.

g Quæretur. ¶ Vbi tam de teſte, quam de producente tractatur.

h Sciant. ¶ Sed ibi dicit per documenta & indicia probari, de confeſsione nihil dicit. Gof. tamen in Summa de tem. ord. in fi. ver. in ſecundo caſu. videtur tenere, interrogatum in iure teneri de ſuo crimine reſpondere: allegat 11. quæſtion. tertia. quiſquis. 35. quæſtio. ſexta. ſi duo. 11. quæſtio. ulti. capitulo, primo. & pen. qui alleg. glo. in præ. capitu. ex pœnitentibus, item Tho. 22. quæſtio. 69. arti. j. Inducitur etiam lex; qui petitorio, ff. de rei uen. & lex vltim. C. de fid. inſtrumen. per quas patet, quod quis tenetur reſpondere, an dolo deſierit poſsidere, uel inſtrumentum habere: & conſtat, dolū malum eſſe delictum, ff. de dolo, l. j. de bon. autor. iudic. poſſeſ. l. prætor. §. finali.

ADDE, vt per Bar. ɔſi. 193. ubi de Spec. hic mentionem facit & ibi ponit, an vxor hæres inſtituta a marito, rogata reſtituere pro anima ſua illis pauperibus, quibus ipſi uxori placuerit, & ipſa uelit reſtituere ſpurio teſtatoris, an teneatur reſpondere, ſi accommodauit tacitam fidem teſtatori de reſtituendo ſpurio? & concludit, quòd ſic.

i Dudum. ¶ Vbi ſcripſi in §. tandem. in gl. ſuper proceſſu.

eſſe ? Dic, ꝙ reſpondere teneris, cum per hoc non te prodas. Sed
quid ſi ſit poſitio ſuper defectu ordinis. ſcientiæ, uel ætatis? Dic,
ut s̄. de actio. ſeu petit. §. ſuper actionibus. ver. reus quoq;. †¶ Vi
geſimo non ualet poſitio, ſi ſit duplex & alternatiua: imo ſingu
la explicanda ſunt: & ponenda, ff. de minor. l. ait prætor § ſi mi-
a hi. ¶ Vigeſimoprimo non ualet, ſi ſit ab eo, qui nō poteſt eſſe in
iudicio, ff. de interrog. act. ſi ſine. §. j. [a] ¶ Vigeſimoſecundo non
ualet, ſi non tenet iudicium inter perſonam actoris & rei, ff. e. ſi
filius cum patre. ¶ Vigeſimotertio non ualet, ſi ſit ſuper re tem-
pore finita: puta ſi res mea fuit, quæ eſt tēpore præſcripta, arg.
C. de non nu. pecu. l. in contractibus. §. illo obſeruando.

ADDITIO.

a §. j. ¶ Vide s̄. e odem, verſi. 7. de his duobus.

SVMMARIVM.

1 *Ponens an poßit negare uerum eſſe, quod poſuit, aut dicere, quòd errauit.*
2 *Mendacium & falſa negatio tollit priuilegium, quod alias in eodem neg tio quis haberet.*
3 *Aſſeueratio falſa punitur in maiore, & in minore doli capace.*
4 *Principalis reſpondens quibuſdam poſitionib. ſi recedat contra præceptum iudicis antequam omnibus reſponderit, an habebitur pro confeſſo. & nu. ſeq.*

¶ De effectu poſitionum.

8. §. Octauo loco iuxta ſeriem propoſitionis viden-
dum occurrit de effectu poſitionū. Et
quidem is eſt, ꝙ is, qui ponit aliquid, eo ipſo, ꝙ ponit, videtur
confiteri id, quod ponit, ut j̄. § decimo. uerſi. quid ſi actor. nam
non debet ponendo aſſerere, niſi id, quod ſcit, uel credit: ideoq;
dicimus quemlibet ponentem eſſe interrogandum per iuramē
tum præſtitum, an ſciat, uel credat, ſeu exiſtimet verum eſſe qđ
ponit, ut ſup. § quinto. verſic. oblatis Et dato etiam, quod non
interrogetur, uidetur credere uel exiſtimare, quæ ponit: ſi bene
aduertantur capitula, quę in iuramento calumnię continentur:
quod quidem iuramentum ad omnia, quæ fiunt in lite, extendi-
tur. Inde eſt, ꝙ contra poſitiones ſuas quis non auditur. Indecēs
namque ualde eſt, ꝙ quis ſua uoce dilucide proteſtatus eſt, in eū
dem caſum ualeat ſuo teſtimonio infirmare, vt extra de proba.
per tuas. C. de non nu. pec. generaliter ff. de do. ſi patronus §. i. Er
a go certum eſt, [a] quod tam ponens, quam is qui confitetur quod
poſitum eſt, pro confeſſo habetur, ut ff. de confeſ. l. j. & C. e. l.
vnica, ff. de inter. act. de ætate. §. ſi cū eſſet. Et hæc uera ſunt, niſi
certis remedijs confeſſo, uel quaſi confeſſo, ſuccurratur. inter
quæ prius illud generale occurrit, Quod error facti ante ſenten
tiam confeſſo non præiudicat, C. de iur. & fac. ig. error. extr. de
confeſ. c. fi. j̄. § fi. ver. ſed pone. & uer. item ſi ponens. Sunt & alij
multi caſus, in quibus confeſſo ſuccurritur: & de hoc aliqua inf.
1 de confeſ. dicemus. †¶ Sed ſecundum præmiſſa quæritur, id qđ
ſæpe de facto contingit, an ſcilicet expoſitione, quam negaui,
poſſem me aduerſus ponentem iuuare: uel ipſe ſe aduerſus me
ex ipſa negatione? Et uidetur, quod ſic. nam ponens non poteſt
negare uerum eſſe, quod poſuit, niſi forte ſe erraſſe dicat, ut iam
dixi: & ſic me ex ea iuuabo. In contrarium facit, quia ex inſtru-
mento, uel teſte, quod negaui, uel impugnaui, non poſſum me
iuuare, ext. de cenſi. cum olim. & de teſti pręſentiū. Pręterea ſi ue
rum negaui, & ille falſum poſuit, ex falſa poſitione ſe iuuare po
teſt: ſi uero poſitio ſua fuit vera, & negatio mea falſa, debeo pro
pter mendatium perdere omne commodum, quod habebam
ex poſitione ipſa, ut ff ſi ex nox. cauſa agat. l. ſecunda, § primo,
ff. de noxa. ſi ſeruus depoſitum §. fi. ff. ſi quadrup. pau. fec dic. l. j.
§. ſi commune. ff. de rei uend. l. fi. ff. de fideiuſ. ſi dubitetur. §. pri-
mo, & ff. ad l. Falci. hæreditatum § fi. ff. pro ſoc ſi unus. ff. de re
iudic. ſed hoc ita. §. fi. † ¶ Mendacium enim & falſa negatio tol
2 lit priuilegium, quod alias in eodem negotio quis haberet, C. ad
Maced. l. j ff. quod cum eo, qui in aliena poteſt l. ſed ſi ex non
modica § primo, C. ſi contra ius, uel util. pub. l. j & l. reſcripta. ex
tra de reſcri ſuper literis. ff. ad Velle. ſi decipiendi. C. de non nu.
pec. auth. ꝰ qui propriā. C. qui po. in pig. hab. auth. ſi poſſeſſor.
extra ut eccle. bene. ut noſtrum. ff. de prob. cum de indebito. C.
ad l. Aquil. contra negantem, ff. de inter. act. ſi ſeruus. 2. C. ſi mi-
nor ſe ma, dix. l. ſecunda, ff. de min minor. †, ¶ Item falſa aſſeuera
tio punit in maiore, & in minore doli capace, ff. de dolo l. & ele-
gāter. §. fi. & duab. legib. ſeq. & l. qđ enim. & l. quod venditor §.
fi. Inſt. de fidei § fi. C de fideiu. l. fi. ff. de ſuſpec. tu. l. tertia. Dic ꝙ
quod neuter contra alterum ſe pōt iuuare expoſitione negatiua
ſcilicet negans contra ponentem, nec ꝯtra ut ext. de prob. per
tuas. quoniam quilibet ſuam turpitudinem allegaret, quia con-
tra dictum ſuum ueniret ſcilicet ponens cōtra ſuam aſſertionē,
& reſpondens contra ſuam negationem & hoc verum eſt, niſi ſe
doceret erraſſe, C de tranſac. l. tranſactione. C. de ſeruo pignori.
dato l. quarta, C. de his, qtiæ ī frau. cred. l. tertia, & in præ. decret.
vt noſtrum. ext. de dona. cum dilecti de conceſ. præben. cum ſu-
per. & de pœna mendacij poſſet puniri, vt in præ. concor. & fa.
cit ad hoc, ꝙ nota. s̄ de exceptio. § viſo. ver. ſed quid ſi debitor.
& j̄. de appel. §. nunc breuiter. ver. ſed pone. & s̄. de recōuenti. §.
primo. verſi fi. & j̄. de emphyteuſ §. nunc aliqua. ver. lxv. & ſeq.
Hoc quoque notan. quod per propoſitiones & reſponſiones
ad eas, nō fit litis conteſtatio. quod dic, ut s̄. de litis conteſtat. §.
b 2. in fine. [b] † ¶ Item quæritur: ecce principalis reſpondit quibuſ-
4 dam poſitionibus: iudex uero ſibi præcipit, ne recedat. donec re
ſponderit omnibus poſitionibus: ille autem ſpreto mandato re
cedit ad patriam ſuam: quæritur, an debeat haberi pro cōfeſſo?
Reſpon. non: quamuis ſit aliàs contra eum, tanquam cōtumacē
c ꝑcedēdū: & obtinuit [c]. de hoc j̄. §. decimò ſeqtur. ver. itē pone
5 † ¶ Quid ſi pro illo compareat procurator uolens abſentis cō-
tumaciam purgare, & dictis poſitionibus reſpondere? Reſpon.
obtinuit, ut non admittatur. non enim poteſt morā purgare, cū
dominus melius nouerit ueritatē & negotij naturam, C. de pro
d cura. l. fi. extr. de iudi. iuris. [d] & uide s̄ §. ſexto. verſic. in ſumma.
Quid ſi idem procurator petat ſe admitti, tanquam defenſo-
rem? Reſpon. obtinuit eadem ratione, ut non admittatur. Si igi-
tur diffinitiua ſententia contra talem feratur, quia præſens ple-
ne docuit de iure ſuo, ualet, & tenet: & ſic obtinuit hoc caſu, &
præcedentibus, de mandato domini Clemētis papæ quarti: quæ
ſententia per nos lata, quamuis a multis peritis impugnaretur, &
licet dura uideatur, tamen poſt uarias diſcuſſiones bis extitit cō
firmata, non obſtante appellatione per dictum procuratorem
interpoſita: quia contumax non auditur appellans, ut ſupra. de
contuma. §. j. verſic. & no. nec alius eius nomine. Nec obſtat, ſi
dicis, quod licet eſſet contumax, quo ad ariculum poſitionum,
non ideo debet, quoad alia, contumax reputari, ut in eod. titu.
§. uiſo. verſicul. tu dic. quia hæc eſt talis contumacia, ex qua pen
det tota quæſtio: ideo non erat procurator ad alia admitten-
e dus. [e]

ADDITIONES.

a Certum eſt. ¶ ſecundum Roſ. vbi s̄. ver. effectus.
ADDE, verſi. primo, quòd idem voluit Pet. de Anc. conſi. 209. & Bald. conſi. 389. primo libro.
b In fi. ¶ Imò ver. antepe. qui fuit hoc Roſ.
c Obtinuit. ¶ Hoc declaratur j̄. ver. 2.
d Iudic. iuris. ¶ libro vj.
e Admittendu. ¶ Nimis durum eſt dicere, ꝙ contumax ſuper poſitionibus non citetur ad reliqua: quod videtur hic placere Gul. Tu contrarium teneas, vt plenè ſcripſi de confeſ. c. 2. li. 6. in v l. gl. vbi videas reſponſionem ad rationem Gul, quam hic ponit.
ADDE, quod Bald. conſi. 182. incip. ſtatuto cauetur. tenet, quod contumax in reſpondendo poſitionibus in termino ſibi ſtatuto à ſtatuto, vel iudice. non poreſt moram purgare, niſi ſubſiſten tete cauſa legitima.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quibus caſibus non reſpondenti poſitionibus, non debeatur.*
2 *Tacens in iudicio interrogatus, contumax reputatur.*
3 *Tacens eſt, qui nihil omnino reſpondet, nec fatetur, nec negat.*
4 *Tacens habetur pro negante, cum damnoſa eſt ſibi negatio, & pro confeſſo habendus eſt, cum damnoſa eſſet ei confeßio.*
5 *Obſcure dictum habetur pro non dicto.*
6 *Aduocatus docens clientulum falſa reſpondere, tenetur parti alteri de damno hac occaſione euento.*
*Aduocatus poteſt docere clientulum reſpondere quatuor modis.*
7 *Veritatem negans uarijs afficiendus eſt pœnis.*
